

2009 Ministerio de Cultura

e Observatorio de Marina

BIBLIOTECA

**09387**

Nún Núm.....

Secc.....


Carpeta..... Núm.....

Estante..... Tabla.....

Tomo.....



Nú  
Se  
Ca  
Es



P

H

V

DE  
PARTICVLIS  
LATINAE  
ORATIONIS.

HORATIO TURSELLINO  
*Romano*

E Societate Iesu. Auctore.

OBSERVATORIO DE MARINA  
DE  
SAN FERNANDO.

VENETIIS, M. DCIV.

1604

Apud Robertum Meiettum.

*Superiorum permisso.*

**E**go Claudio Aquauia Socie-  
tatis Iesu Præpositus Genera-  
lis, librum hunc P. Horatij Turselli-  
ni de Particulis Latinę orationis tri-  
bus peritis Patribus commissi viden-  
dum, qui omnes cum eum approba-  
uerint, ipse etiam probo, ut imprimi  
possit, si ita placuerit Reuerendiss.  
D. Vicesgerenti, ac Reuerendiss. P.  
M. Sacri Palatij, Datum Romæ 30.  
Octobr. 1597.


Claud. Aquauia.

Imprimatur.

A. Ludouisius Pro Vicesg.

Imprimatur.

Fr. Io. Baptista Lancius Regien. Sa-  
cri Palatij Magister.



<sup>4</sup>  
Nisi verò obscurum est, quantum momenti habeant in corpore ad motum, usumq; membrorum molles ossium commissuræ, nerui, cæteraque quibus artus omnes apti, connexique inter se continentur. Quippe sine his coniunctionibus, quasi vinculis, non secus atq; humanum corpus sine nervis, dissoluta minimeque inter se apta, et cohærens languet oratio. Itaque non immerito fortasse Caligula ille Cæsar hoc nomine Senecam irrisit, quo eius scripta arenam sine calce esse diceret. Neque verò exilitas ac tenuitas rerum, quæ

8

in hoc libello tractantur, ab  
eo ab alienare te debet. Quis  
enim ignorat gemmas quam-  
uis specie exiguae, precio &  
estimatione ingentes haberit?  
Nimirum, & minutis re-  
bus genere eximijs, dignita-  
te præstantibus, usu necessa-  
rijs sua laus, suum decus,  
suum premium est. Ut quod  
elegantissimus Poeta apum so-  
lertiam explicare aggrediens,  
de carmine suo vere dixit, id  
verius fortasse de hoc studio  
solerter colligandæ orationis  
dici queat.

In tenui labor: at tenui  
non gloria.

A 3 Quam-

*Quamobrem si propositam D  
habes veterem eloquentiæ lau  
dem; incumbe in hanc curam,  
ut partes omnes orationis a  
ptæ inter se , nexæque cohæ  
reant; mollesque commissu  
ras, tanquam arcus habeant.  
His enim scitè solerterque de  
scriptis, tum demum Eloquen  
tiæ, succus, sanguis, color, &  
quasi robur accederet.*



DE

DE VI ATQVE VSV  
ELEGANTI  
CONIVNCTIONVM  
ORATIONIS,

Præpositionum, Aduerbiorum, ac  
Pronominum.

*De Præpositione A vel AB.*  
*Caput Primum.*

A & AB verbis Actiuis & Neutris iun-  
cta. A vel AB. Causa per quam.



vel AB verbis Actiuis, aut Neutris iuncta interdum significat causam, per quam res efficitur. Cic. Adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem, qui saepe spoliantem, & exultantem euertit, & percudit ab abiecto. Pro Mil. id est per abiectum. Per mano dell'atterato. Id. Nihil enim valentius est, à quo intereat. P. Acad. Per cui potere perifca. Ouid. Occidit à forti (sic Dij voulustis) Achille. Metam. l. 13.

A 4 A vel

## A vel AB.

A vel AB. Causa propter quam.

2 Nonnunquam causam designari, proprie  
quam res est. Cic. Mare, quia nunc collucet.  
Sole, albescit. Acad. 2. id est, propter solem. Cic.  
Plin. si caput à sole doleat. lib. 24. cap. 5. "rai

A vel AB. Locus aut Persona vnde.

3 Sæpe locum aut personam, unde aliquid su  
mitur. Cic. Pecuniam numeravit ab arario  
Verr. 5. Del Publico. Id. Sumptum suppedita  
rat a sociis. Di quel de' compagni. Id. Si  
nite me, quod vobis fatus huic sæpe promisi  
id à vobis ei persoluere. Pro Planc. Id. A m  
hoc illi dabis. Att. lib. 14. Id est, sumes à me. M  
quod illi des.

A vel Ab pro PRO.

4 Alias declarat PRO. Cic. Vide ne hoc to  
rum Scuola sit à me. 1. de Orat. id est pro me  
Faccia per me. Id. Ut nemo contraciuius fa  
perditorum popularem, turbulentamque de  
mentiam, à Senatu, & à bonorum causa stet i  
zerit. habbia tenuto dalla banda del Senato q

A vel AB. pro POST.

5 Nonnunquam idem est quod POST. Cic.  
Centesima lux est hac ab interitu P. Clodij.  
pro Mil. Id. Qui annus ei primus ab honorum  
perfuntione, omnium concessu, aditū ad sum  
mam auctoritatem dabat. 3. de Orat. Id. Cu  
ius à morte hic tertius & trigesimus est an  
nus de Sen. Id. Quos Homerus, qui recens ab  
illorum aetate fuit, sepultos dicit Lacedamone.  
lib. 3. de Nat. Deo.

A & AB Nominibus copulata.

A vel Ab. Causa vnde res est.

6 A & AB. Nominibus copulata interdum declarant causam efficientem, unde res est Cic. Nostri illi à Platone, & Aristotele moderati homines & temperati aiunt apud sapientem valere aliquando gratiam. Pro Mur. Id est, ex disci plina Platonis. Liu. Ciminabano multi eum infestiores agrum à nobilitate esse, quam à Volscis fuerit. lib. 6. Id est magis infestari à nobilitate, quam à Volscis.

A vel AB. Quod attinet ad.

7 Sapius significat. Quod attinet ad Cis. Mediocriter à doctrina instructus, angustius etiam à natura. in Bruto. Id est, quod attinet ad doctrinam, & naturam. Id. Nisi qui à Philosophia, à iure ciuili, ab historia esset instructus. Ibid. Id. Sed ille Gracis ab omnibus felicior. Ibid. Id. A propinquis nudus. Post red. ad Quir. Id. Ab amicis, & existimatione inops. Att. l. 1. Id. Tum erat ab Oratoribus quædam in foro solitudo: In Brut.

A vel AB. pro OB. vel PROPTER.

Cic. 8 Interdum est OB, vel PROPTER. Cic. odij. Vir & contra audaciam fortissimus, & ab innum. nocentia clementissimus. Pro Rosc. Am. id est, sum. propior innocentiam. Idem. Id enim ut suauiter delectans ab errore mentis, tanquam salutare aliquid adsciscium. lib. 1. de Leg. Id est obns ab errorim mentis. Liu. Averecundia, memoria nione. que meritorum. hanc secus quam duce-

A 5 suum

*suum attollunt. l. 39. Id. Ab recenti memoria  
perfidia, aliquanto minore cum misericordia  
auditi sunt. l. 39. Cur. Vates quoq; adhiben-  
cœpit à superstitione animi. lib. 5.*

A vel AB. Præpositus alicui muneri.

9 Alias significat eum qui præst alicui mu-  
neri. ut à studijs, ab epistolis, à rationibus.  
*Suet. Libertorum præcipuè suspexit Posidem,*  
et Harpocram, et superbos Polibium à stu-  
dijs: sed ante hos Narcissum ab epistolis, et  
Pallantem à rationibus. In Claud.

A vel AB. ad tempus præteritum relata

10 Sæpe ad tempus præteritum refertur, Idq;  
multis modis, A puer, à pueris, A pueritia.  
*Cic. Diodoro quid faciam Stoico, quem à pue-*  
ro audiui. 4. Acad. Id. Nec verò fieri ullù mo-  
do posse, ut à pueris tot rerum notiones habere  
mus, et disceremus. 2. Tusc.

### Admonitio.

11 Cum de uno sermo est, A puer dicimus  
cum de pluribus. A pueris.

AB inenunte ætate. A prima ætate.

12 AB inenunte ætate, et à prima ætate, iden-  
tit quod A pueritia. Cic. Sed memoriæ ra-  
tiones ab inenunte ætate suscepia prohibuerunt  
proleg. Man. Id. A prima ætate me omnis ar-  
et doctrina liberalis, et maximè philosophi  
delectauit. lib. 1. ep. 4.

AB adolescentulo, Ab adolescentia.

13 Ab adolescentulo, et Ab adolescentia, si-  
ue A prima adolescencia, idem pene est qui

ab

ad ineunte aetate. Cic. Nam qui ab adolescen-  
tulo quantum sibi instituisset sine impedio.  
pro Quin. Id. Tua erga me, & erga philoso-  
phiam voluntas ab adolescentia suscepta. 2.  
de Fin. Id. refero me ad mansuetiores Musas,  
quae me maxime, sicut à prima adolescentia  
delectarunt. l. 1. ep. 9.

## Admonirio.

14 Ab non solum in sequentibus vocalibus  
adhibetur, sed etiam alijs literis, ubi nullus  
asperior concursus existit, maxime vero liqui-  
dis, l, & r. vt, Ab legion. ab Rege, itemque s,  
muta &, i, consonanti, ut ab Sylla, ab Ioue,  
Interdum etiam d, & n, ut ab duce, ab no-  
bilitate.

## De Aduerbio, Ab hinc.

15 Ab hinc, & ablative, & accusativo iun-  
ctum refertur ad tempus prateritum. Cic. Qua-  
stor Cn. Papirio Consuli fuisti, ab hinc annis  
quatuordecim. 3. Ver. Id. Etenim si Cn. Pom-  
peius ab hinc annos quingentes fuisset. Pro  
Cornel. Bal. cinquecento anni fa Id. Offen-  
dit eum mensem comitialem, comitiis ab hinc  
xxx. diebus habitis. 4. Ver. pro ab eo tempore.  
trenta giorni prima.

## Admonitio.

16 Cum tempus futurum significatur, nou-  
usurpatur Ab hinc, sed Ad uel Post. Cic. &  
ego doleam, si ad decem millia annorum gen-  
tem aliquam Urbe nostra potituram puiem.  
1. Tuse. di qua à dieci mila anni.

## De Præpositione Absque.

Cap. II.

**A**bsque pro Sine, apud Comicos usita  
tum est: apud Oratores non item.  
Plaut. Si absque me fores. Persa. Itaque satiu-  
est dicere, Sine iniuria, quam Absq[ue] iniuria  
Sine ulla dubitatione, quam Absque dubio.

De Coniunctionibus Ac, & Atque  
in principijs. Cap. III.

**A**c & Atque in principijs periodorum  
dignitatem habent. hoc differunt  
quod Ac ponitur in sequente quavis liquida,  
muta, & consonante præter c. & q. tum enim  
pro Ac reponitur Et.

Atque usurpatur in sequente uocali. Cic.  
Ac primum quanta innocentia debent esse  
Imperatores? pro leg. Man. Id. Ac mihi quidi-  
sapenumero. I. de Or. Id. Atque ego sic statuo,  
Iudices, in hac causa. pro Sext. Id. Atque in  
omnes intelligant me, & c pro leg. Man. Id. Et  
quoniam auctoritas multum in bellis admi-  
nistrandis ualeat. pro leg. Man. Id. Et causam  
dicit Sextius de ui. pro Sext.

De

## De Præpositione AD. Cap. IIII.

Ad pro Usque ad.

1 **A**d pro, Usque ad, sapè tempus significat. Cic. multus sermo ad multam diem. Att. l. 13. Id. Per po' aut ad vesperam. 2. Phil, Id. Sophocles ad summam senectutem. tragœdias fecit. de Sen.

3 Huc pertinent illa: Ad insaniam, Ad satietatem, Ad impudentiam, & alia eiusmodi. Cic. Quæ ista ad insaniam concupierat. 4. Ver. Id. In loquendo multus & ineptus: ad summam impudentiam. 1. leg. Liu. Inermes, incantos ad satietatem trucidabis.

5 Interdum acommodatur ad summam pecunia. Cic. Quid ijs ad denarium solueretur. pro Quin. id est, usque ad denarium. Id. Assident subducunt ad nummum conuenit. Att. l. 5. fino ad vn quattrino.

Ad dimidiás, ad tertias.

6 Interdum refertur ad partes. Plin. Aqua multa in ea decoquitur ad dimidiás. l. 2. cap. 3: ammezzato. Columella. Mustum quam dulcissimum decoquitur ad tertiam, & decoctum defrutum vocatur. lib. 12. cap. 21. Plin. Musto usque ad tertiam partem decocto. l. 14. e. 9. Atterzato.

Ad, pro Circiter.

7 Alias est Circiter. Cic. Sane frequenter fuisse

muis

*mus ad ducentos. ad Q.l. 2. ep. 1. insin à du-  
cento. Idem. Homines ad quindecim Curioni  
assenserunt, nullum Senatus consultum fa-  
cienti. ad Att.*

## Ad. usus.

6 *Aliquando usum significat. Cic. Ad tem-  
plum monumentumq; pecuniam decreuere. ad  
Q Fr. l. 1. ep. 1. Id. Ad statuam pecuniam con-  
tulerant. Verr. 5. Per sui la statua. Id. Quo uti  
solet ad festos dies, ad hospitium aduentum 6.  
Verr. Per le feste.*

## Ad, pro Apud.

7 *Ad, pro Apud interdum refertur ad locū.  
Cic. Ad urbem cum esset, audiuit. 4. Verr. Ap-  
presso à Roma. Idem. Signa quanobis cura-  
sti, ea sunt ad Caietam exposita. Att. l. 1. ep. 2.  
A Caieta. Id. Pugnanaualis ad Tenedū. pro  
Mur. Id. Habet hortos ad Tiberim. pro Cael.  
Sul Teuere. Vicino al Teuere. Alias ad  
personam. Cic. Ex his quasi deinceps ad se-  
nаторem illum relictos esse. 2. Verr. In casa di  
quel Senator. Id. Cum Cato contra Sergium  
Galbam ad populum magna contentione di-  
xisset. in Brut. Al popolo. Nonnunquam ad  
alias res Cic. Ut canerent ad Tibiam clare-  
rum virorum laudes. 4. Tusc. Id. Ad cantus,  
et ad Tibicines prosequi laudes honoratorum  
virorum. de Leg. l. 3.*

## Ad pro, Quod attinet ad.

8 *Sape ad usurpatur pro Quod attinet ad.  
Cic. Vidi forum cemitiumque adornatum, ad  
spe-*

speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationemque acerbo & lugubri. 3. Verr. Id Renu  
quaris praelaram iuuentui qd discendum,  
nec mihi difficilem ad perdocendum. pro Sex.  
Id. Hic tibi author ad instituendam, socius ad-  
comparandam, adiutor ad rem perficiendam  
fuit. pro Dom. Id. Impiger ad labores, fortis ad  
pericula, peritus ad usum, & disciplinam, pru-  
dens ad consilia, felix ad casum fortunam  
que. Pro Font.

Ad pro Secundum. Conforme.

9 Ad interdum ponitur pro Secundum. Cic.  
Non dicam C. Fabritium, T. Coruncanum ad  
istorum normam fuisse sapientes: de Amic. Id.  
Ad arbitrium & nuntium auditorum totum se-  
fingit, & accommodat. In Orat. Id. Omnia ad  
voluntatem loqui, nihil ad veritatem. de A-  
mic. Parlare conforme al volere altrui.

Ad pro Aduersus.

10 Alias pro Aduersus. Cic. Nisi desperatione  
rerum obduriisset animus ad dolorem nouum,  
lib. 2. ep. 16. Id. Tecta esse ad alios possumus, in-  
timi multa aperiiora videam necesse est. Pro  
Rosc. Am. Id. Mirari licet, quae sint animad-  
uersa à Medicis herbarum genera, qua radi-  
cum ad morsus bestiarum, ad oculorum mor-  
bos, ad vulnera. l. 1. de Diu.

Ad pro Præ.

11 Eleganter etiam Ad pro Pra in compara-  
zione usurpatur. Cic. Sed nihil ad Persium. 2.  
de Orat. Id. Nihil ad Calium: sed potius ad  
anti-

antiquorum languorem & inscitiam. de Leg.  
Teren. Sed nihil ad nostram hanc. Eux. Non  
ha che fare. Non vi ha paragone.

## Ad pro Post.

12 Alias pro Post. Cic. Nescio quid intersit,  
vtrum nunc veniam, an ad decem annos.  
Att.lib. 11. Id. Num Sam sacerani merita in  
patriam ad annos sexcentos maiora videren-  
tur, quam nostra. Att.l.2.ep. 22. Di qua à sei-  
cento anni,

13 Ad diem, & ad dictam diem.

13 Ad diem significat præstitutum tempus.  
Cic. Opinor esse in lege, quam ad diem pre-  
scriptiones, uenditionesque fiant, nimirum ad  
Calendas Ianuas. Pro Rosc. Am. Id. Quando  
illa frumentum quod debebat, ad diem non  
dedit. 4. Ver. Id. Te Musis nostris para, ut ope-  
ras reddas, nostra ad diem dictam fiens. lib.  
16. pe. 12. Al tempo determinato.

## Ad summum.

14 Ad summum, uel ad tempus, uel ad nu-  
merum refertur. Cic. Scies igitur fortasse eras,  
ad summum perendie. Att.l. 12. alla più lun-  
ga. Id. Quattuor, ad summum, quinque sunt in  
uenti, qui Cnc. Fro Mil. al più cinque. Id. An  
nero bis teruè ad sum. um, & eas perbreues  
accepi. lib. 2. ep. 1.

## Ad summam.

15 Ad summam idem quod In summis. in  
fomma. Cicer. ad summam, ut agam de sin-  
gulis, communem Cnc. lib. 1. Off. Id. Ad sum-  
mam;

*mam: dic M. Tulli, assentiar Cn. Pompeio id  
est T. Pomponio? Att. l. 7.*

*Ad extremum, ad postremum,  
ad ultimum.*

16 *Ad extremum, Ad postremum, Ad ultimum pro Denique usurpantur. Cic. Sed cum iam diu occultè suspirasset, postea iam gemitre, ad extremum verò loqui omnes, & clama-  
re cœperunt. Att. l. 2. epi. 16. Liu. Ad postre-  
mum abortio capessendi belli. lib. 3. Id.  
Ad ultimum connixus omnibus copijs Ancus  
acie vicit. lib. 1.*

### *Admonitio.*

17 *Ad postremum, & ad ultimum histori-  
cis sunt, quam oratoribus aptiora.*

## *De Aduerbio Adeo. Cap. V.*

*Adeo in principio pro instantium.*

1 *Adeo in principio positum non raro ser-  
uit Epiphonemati. Cic. Adeo summa-  
erat obseruatio in bello gerendo. l. 7. Off. Liu.  
Adeo quanto rerum minus, tanto minus capi-  
ditatis erat lib. 1.*

2 *Sape usurpatur pro, Verò, sed secundo lo-  
co Cic. Id. adeo ex ipso S. C. cognoscite. G. Verr.  
Id. Atque adeo hoc mihi concedendum est  
magis. Pro Arch. Atque adeo, est & verò, vel  
Imo verò. Id. Hanc adeo habeo illi gratiam.  
Att. l. 9.*

3 *Atque*

Atque adeo in medio.

3 Atque adeo in medio saepe proximo ponitur, & seruit correctioni. Cic. De foro, atque adeo de ciuitate esse sublatum. Pro C. L. id. Posco, atque adeo flagito. Pro Plane, id. Intramoenia, atque adeo in Senatu videsis. 3. Catil. Anzi, o Per dir meglio.

Adeo, ut Adeo non.

4 Adeo saepe cum, ut, iungitur. Cic. Neminem quidem adeo infatuare posuit, ut ei nummulum crederet. Pro Flac. Id. Adeo non hospes huins urbis, adeo ignarus es, ut hac ne scias? Pro Rab. Perd. reo.

5 Interdum cum particula, Non pro Tantum abest ut. Curt. Adeo ipse non violavit, ut sum mam adhibuerit curam, ne quis captiuo corpori illuderet lib. 3.

## De Adverbio ADHUC Cap. V I.

**A**d huc ad tempus refertur, sum praesens, sum etiam preteritum. Cic. Est adhuc non Verres, sed P. Mutilus i. Verr. fin qui, sin hora. Id. Adhuc haec erant. l. 2 de Div. in princ. Id. Tamen adhuc non feci. lib. 6. ep. Id. Vnam adhuc a te epistolam acceperam. Ast lib. 7. Id. Me adhuc non legisse turpe est l. 7. ep.

Interdum pro, preterea, usurpatur. Cia. Nisi si quid adhuc forte vultis. De Amic. Se già non volete qualche altra cosa.

De

De Aduerbio *ADMODVM*.

## Cap. VII.

**A**Dmodum dictū quasi ad modum  
Proinde significat Satis, aut Val-  
de: quia ad modum quod est, satis  
est. Cic. Erat admodum amplum & excelsum  
signum cum stola. 6. Ver. Id. Philotomi littera  
me admodum delectarunt. Att. l. 8. Id. Pauci  
admodum familiares. de Amic.

Admodum nihil.

2 Admodum nihil, vel Nihil admodum, pro  
Nihil omnino, aut panè nihil, usurpari solet.  
quia quod admodum nihil est, pro nihilo ha-  
betur. Cic. Nam plane quidem perfectum, &  
cui nihil admodum desit, Demosthenem faci-  
le dixeris. In Brut. Id. Curio literatum ad-  
modum nihil sciebat. Ibid. Si puo dir niente,  
non sapea straccio di grammatica.

De Præpos. *ADVERSVS*, vel  
*ADVERSVM*. Cap. VIII.

**A**Duersus, vel Aduersus ex Ad egr.  
Versus, idem est quod erga: Nec  
solum in malam partem acci-  
pitur, sed saepe etiam in bonam. Cic. Pis-  
tas, & Iustitia aduersus Deos lib. II. de Nat.  
Dear. Verso i Dei. Id. Adhibenda est reue-  
rentia

rentia quadam aduersus homines. lib. I. 0  
Id: Consorem te iam esse sperabam: eo breu  
est haec epistola, & ut aduersum magistrum  
morum, modestior. lib. 3. ep. vlt.

2 Interdum pro Contra usurpatur. Cic. Pe-  
nia conciliata aduersus leges, aduersus rem  
1. Ver. Id. Non contendam aduersus te, si di-  
riorem te probes. Att. l. 4. Teren. Aduersus:  
dictum tuum facere esse ausam. Hecyr.

### DE Aduerbio Aegrè. Cap. IX

1 **A**egrè aduerbium ab agro ductum  
significat, ut agri solent. malame-  
te, malageuolmente. unde tri-  
illa, Aegrè ferre, Aegrè pati, Aegrè carere al-  
quare. malamente farne senza. Cic. Tir-  
nem agrum Patris reliqui, adolescentem pro-  
bum, nihil vidi melius. itaque careo aegrè.  
Att. l. 7. Id. Vident unum virum esse, in quin-  
summa sint omnia, & eum prope esse: quò etiam  
carent agrius. Proleg. Man.

2 Aegrè interdum est difficile: quia agri dif-  
ficle se mouent. Cic. Nam omnis conglutina-  
tio recens aegrè, inueterata facilè diuellitur.  
Sen. Id. Nihil agrius factum est, multo labor-  
meo, quam ut manus ab illo appellatore ab-  
stinerentur. 6. Ver. Hebbi da fare che no-  
gli mettessero le mani adosso. Indidem illi  
sunt, Aegrè sustinere impetum alicuius, Ae-  
grè se tenere, quin.

De

## De Aduerbio AEQUE. Cap. X.

**A** Duerbium Aequè ab Aequo dictum est. Interdum absolute ponitur. Cic. Quantum præsens me adiuuare potueris & consolando, & prope aequè dolendo. lib. 4. ep. 6. del pari. Id. Tamen nemo erat, qui cum essem libentius, quam tecum, & pauci, quibus cum aequè libenter. lib. 5. ep. 21. tanto uolentieri.

Aequè ac, Aequè atque.

**2** Sæpe, cum Ac, vel ATQVE coniungitur. Cic. Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberet, qui illis aequè, ac tu ipse gauderes? de Amic. Idem. Sed me colit & obseruat, aequè atque illum ipsum patronum suum, lib. 13. ep. 43.

Aequè &, Aequè ut.

**3** Interdum cum ET, vel UT. Cic. Eosdem labores non esse aequè graues Imperatori, & militi. 2. Tus. Id. Nam versus aequè prima, & media, & extrema pars extenditur. In Orat. Id. & ossu ne igitur in Antonij latrocinio aequè esse, ut hi &c. 1 hil. 2. Id. Itaque libentissime prædicabo, Cn. Pompeium studio & autoritate, aequè ut unumquemque vestrum &c. pro salute mea laborasse. Pro Dom. Quanto ogn'vn di vo i.

## De Aduerbio AGE. Cap. XI.

Age, Agedum, Age nunc.

**A**ge, Agedum, Age nunc, sunt adhuc tantis etiam plures, & ad alia rursem seuntis. Cic. Age, quoniam corrupti in multis causas ille multas, & graues habuit, nullam &c. Pro Cluentio. Horsu poiche. Agendum conferite nunc cum illius vita vi P. Sylla votis populoq; Rom. notissimam. Syl. Id. Age nunc illa videamus Iudices, statim consecuta sunt. Pro Rose. Amer. Hoc uia vediamo.

Age vero, Agesis vero, Agesis nunc.

**A**ge vero, Agesis, Agesis nunc, Transiit seruiunt. Cic. Age vero, ceteris in rebus quae si temperantia considerate. Pro leg. Ma. Id. Agesis ergo, quoniam dictum de altero ex parte nunc &c. In Part. Id. Agesis nunc ratione videamus. 2. Tusc. Horsu, se tu vult.

**A**gesis interdum disfungitur. Cic. Age fer nunc animum sis ad veritatem. Pro R. sc. Am.

Age, Age porro. Instantis.

**A**ge, Age porro, sunt interdum instantis. Cic. Age, si paruerit, hoc ciue uti aut vobis, aut possumus? 5. Phil. Idem. Age paruus, qui te tam religiosum existimari voluisti? cur Tauromitanis frumentum imperasti? Verr. Hor via.

Age,

Age, Age age, Age sane. Concedentis.

**I.** 5 Age, Age age, Age sane, concedentis sunt.  
Cic. Age si ita factum; cur Romam properabat? Pro Mil. su via. Id. Age, age, inquit, satis enim scitè me nostri sermonis principem esse voluisti, lib. 5. de Fin. su via. Id. Age sane inquam. 2. de Fin. su via, son contento.

## De Prænomine ALIVS. Cap. XII.

Alius ac, Alius atque, Alius &c.

**I** **A** lius sape iungitur cum Ac, Atque,  
Et. Cic. Potest enim non solum aliud  
mibi, ac tibi; sed mibi ipsi alias aliud videri.  
1. de Orat. Alia dicentis, ac significantis dis-  
simulatio. 3. de Orat. Id. Non alius essem, atq;  
nunc sum. lib. 1. ep. 9. Altro da quel ch'io  
son hora. Id. Lux denique alia est Solis, & ly-  
chnorum. Pro M. Cælio. Varro. Ignorantes  
non idem esse agriculturam & passionem.  
Alius enim Opilio & arator. lib. 2. de re Rust.  
initio.

Alius iteratus eodem casu.

**2** Alius, alia, aliud, sapè iteratur eodem ca-  
su. Cic. Dolus malus est, cum aliud dicitur,  
aliud simulatur. Top. Si fa vna cosa, & si mo-  
stra vn'altra. Id. Alia legatio dicta erat, alia  
data est. Att. 2. ep. 7. Id. Aliud est maledicere,  
aliud accusare. Pro Cæl. Id. Intelligo te, fra-  
ter, alias in historia leges obseruandas puta-  
re, alias in poemate. lib. 1. de leg. Id. Ut alijs  
misere-

miserandus, alijs irridendus esse videatur.  
de Orat.

Alius iteratur diuerso casu.

3 Sape etiā iteratur diuerso casu. Cic. Alio grauius de mea salute dixit. Pro Se L'vn piu graueamente dell'altero. Id. Hic alius ex alia parte 3. Verr. Chi di quà, chi là. Id. Est enim admirabilis quadam conuatio, seriesq; rerum, ut alia ex alia nexa omnes inter se apta, colligataq; videantur. Nat. De. Id Habeo Sardos uenales, alium nequiorē. lib. 7. ep. 25. Vn peggio dell'altro. Id. Accepi epistolas tuas aliam alia iucunrem. Att. lib. 7. Id. Multa in epistolam conci, aliud alio tempore. lib. 3. ad Q. Fr. quae vna cosa, quando vn'altra. Id. Et signa alio in loco intuebantur Ver... Chi in vngo, chi in vn'altro. Id. Homines autem huius causa esse generatos, ut alij alijs possent. 1. Off. Gli vni à gli altri.

#### Admonitio.

4 Alius tum iteratur, cum de pluribus sermo; nam cum de duobus tantum, ali iteratur. lege Alter.

#### Alius aliò.

4 Interdum [alius] cum [alio] aduerbio igitur. Cic. Et ceteri quidem aliis alio, Man in Rostra recta. lib. 3. Off. Chi quà, chi là. Simia & sortes ipsas, & cetera que erant sortem parata, disturbauit, & alia alio dispauit. 1. de Diu. vna cosa in qua, l'altra in

Aliud

## Aliud ex alio.

5 Aliud ex alio, eleganter dicitur. pro [Vna res post aliam.] Cic. Aliud ex alio me quotidie impedit, lib. 9. ep. vna cosa dopo l'altra. Id. Nunquam aliud ex alio peccare destitit. ad Att.

6 Interdum seriem rerum connexarum significat. Cic. Sed ut aliud ex alio mihi non est dubium quin &c. Att. lib. 10. com' vna cosa tira l'altra.

## Aliud alias.

7 Aliud alias. hor vna cosa, hor vn'altra. Cic. Potest enim non solum aliud mihi, ac tibi: sed mihi ipsi aliud alias videri. 1. de Orat. Id. Ut uterque nostrum alias aliud defendat. 2. de Orat. Itaque illi alias aliud de ijsdem rebus iudicant. 2. de Orat. Id. Ut ijdem versus alias in aliam rem accommodari possint. lib. 2. de Diu. hor ad vn proposito, hor ad vn'altro.

## Aliud Nisi. Aliud præter.

8 Aliud cum (nisi) iungi solet à Cicerone. Cic. Quid est aliud, Gigantium more, bellare cum Diis, nisi natura repugnare? de Sen. Id. Bellum ita suscipitur, ut nihil aliud, nisi pax quasita videatur lib. 1. Off. Id. Neque alia fuit ulla causa intermissionis litterarum, nisi quod ubi esses plane nesciebam. lib. 7. ep. 13. Id. Rogauit, nunquid aliud ferret, præter arcam? lib. 2. de Orat.

## Admonitio.

9. Rarius cum (Quam) iungitur à M. Tullio. Nec quicquam aliud opus est, quam ab rogari. Att. lib. 3. ep. 15.

Aliàs, aliàs iteratum.

10 Aliàs interdum iteratur. Cic. Nemo protest aliàs beatus esse, aliàs miser. l. 2. de Fin. Hora beato, hora misero. vna volta beato vn'altra misero. Id. Ornamentis fere ijsden uti licebit, aliàs contentius aliàs remissius. de Orat. Id. Aliàs reuocabat, aliàs decernbat. 3. Ver.

Aliter ac, Aliter atque, Aliter atque vi-

Aliter quam.

1. Aliter] plerunque copulatur cum Ac, Aque, Atque vt, Quam. Cic. Ne sim saluus, aliter scribo ac sentio, lib. 16. ep. 12. S'altimenti scriuo di quel ch'io sento. Id. Si aliter, atque ostenderam facio. lib. 2. ep. 3. Id. Qui aliter casus suos ferunt, atque vt ali authores ipsi fuerunt. 3. Tusc. Id. De Annij itineribus nescio quid aliter audio, atq; vt ad te scribebam. lib. 16. ad Att. ep. 1. Non sò che diuersamente, di quel ch' &c. Ne aliter quam ego velim, meum la det ingenium. 3. Verr. Altrimenti di quell ch'io.

Aliter Et. Aliter Vt.

2 Interdum cum Et, vel vt coniungitur Cic. Quod de puero aliter ad te scripsit, & matrem de filio. Att. l. 10. ep. 9. Id. Illud qui dem

Aliter. Aliquis. Aliquot. 27

dem mutari, si aliter est ut oportet: non video posse. Att.l.11.ep.23. Altrimenti che nō bisogna.

Aliter absolute.

3 Non raro absolute ponitur. Cic. Tu si aliter existimas: non errabis. lib.3.ep.7.id. Non fuit faciendum aliter. Att.lib.6.epist.9.

Aliter, Aliter iteratum.

4 Nonnunquam iteratur. Cic. Sed aliter leges, aliter Philosophi tollunt astutias.3.Off. Id. Aliter enim cum Tyranno, aliter cum amico vivitur. Att.l.13.

De Prænominibus Aliquis &  
Aliquot. Cap. XIII.

1 **A** Liquis] & [aliquot] ab [Alio] sunt ducta, sed [Aliquis] ad unam fermentem, aut personam, [Aliquot] ad numerum refertur. Cic. Expectabam aliquem meorum. Att.l.13.alcuno. Id. Aliquot anni sunt, cum &c. Att.l.9. Id. Aliquot epistolas acceperat te, uno tempore.l.7.ep.18.aliquanti anni, aliquant'epistole.

De Aduerb. Alicubi, & Alibi, Ali-  
cunde & Aliunde. Cap. XIV.

1 **A** Licubi est] aliquo in loco] Cic. Si sal-  
uus sit Pompeius, & constiterit ali-  
B 2 cubi.

28 Aliquoties. Aliquando.

cubi. Att. l. 9. Alibi [alio in loco.] altroue. Cic.  
Qua nusquam inesset alibi, veri, & certi no-  
ta. 2. Acad.

- 2 Alicunde est [ab aliquo loco.] Cic. Si qui  
do his minamur præcipitatueros alicunde: exti-  
mescunt. 3. de Fin. Ter. Venit meditatus ali-  
cunde ex solo loco. Andr. da qualche banda  
3 Aliunde] est ab alio loco] altronde. Cic.  
Cum tu ipse, neque per te scires, neque audiri  
aliunde potuisses. Pro Lig.

De Aduerbijs Aliquoties, & Ali-  
quando. Cap. XV.

1 **A**liquoties [dictum est ab [Aliquo] &  
ad numerum refertur. Alquanti  
volte. Cic. Aliquoties litteras ad socios de hu-  
ius iniurijs miserunt. 4. Ver.

Aliquando] ex alius & quando conflati  
ad tempus accommodatur. tal uolta. qualche  
volta. Cic. Liceret enim dicere honestatem al-  
quando cum utilitate pugnare. 3. Off. Id. Et  
nonnunquam à me alienarunt, & me aliqui  
do immutarunt tibi. lib. 5. ep. 8.

Aliquando pro Vnquam, seu aliquo  
tempore.

2 Interdum ponitur pro [vnqua]. Cic. Q  
ciuis meliorum partium aliquando? Pro Ca  
una uolta. Num hæc ex villo audiisti al-  
quando? 1. Acad. Hai udito mai. Id.  
maxime

## Alter. Alterum tantum. 29

maxime si aliquando alio domino , solita est frequentari. 1. Off. Id. Veritus sum deesse Pompej saluti , cum ille aliquando non defuisse mea. l. 6. epist. 6. una uolta.

Aliquando pro Tandem .

3 Persape[ aliquando] pro[ tandem] usurpari solet. Cic. Collegi me aliquando , atque ita constitui, fortiter esse agendum. Pro Cluen. Id. Et aliquando miseremini sociorum Iudices . 3. Ver. hormai. Id Sit discordiarum finis aliquando. de Arus. resp. finalmente, vna volta, hormai.

4 Necraro [Tandem] adiungitur maioris explicationis gratia. Cic. Tandem aliquando Quirites L. Catilinam &c. urbe eieimus. 2. Catil. princ. Pur una uolta. Al fine. Id. Spes est, & hunc infelicem aliquando tandem posse consistere. Pro Quint.

## De Pronomine Alter. Cap. XVI.

1 **A** Alter fere de duobus dicitur, ut Alius] de pluribus. Cic. Quorum alter ex exercitu prodidit, alter vendidit. Pro Flan. l'uno lo tradì, l'altro lo vendè. Cic. Alter ab altero adiuvis , in Bruto.

Dicitur etiam de pluribus duarum partium. Cic. Alteri dimicant, alteri victorem timent. lib. 6. ep. 3.

## Alter pro Secundo.

2 In enumeratione plurium [ Alter ] usum  
patetur pro [ secundo. ] Cic. Primo die, tanto  
stium numero citato, alter dies, amicis istius  
& defensoribus, &c. tertius dies sic hominem  
prosterneret. 3. Ver. Id. Proximo, altero, tertio  
denique reliquis consecutis diebus. Phil. Id.  
terum, tertium, quartum, permulta erat eius  
modi nomina. 4. Ver.

## Alterum tantum.

3 Alterum tantum. Altro tanto. Plaut. Eu-  
si alteram tantum perdundum sit. Epid. I.  
Alterum tantum auri non meream. Bacchus  
Liu. Alterum tantum ex Latino delectu adi-  
ciebatur. lib. 8. Id. Milibus ex prada centen-  
binos asses, alterum tantum centurionibus, a-  
que equitibus diuisit. lib. 10. Cic. Vt necesse  
partem pedis, aut aqualem esse alteri parti  
aut altero tanto, aut sesqui esse maiorem.  
In orat.

### De Pronominibus Alteruter, & Al- ternus. Cap. XVII.

I **A** lteruter. l'vno ò l'altro. Cic. Si vo-  
bis videretur; alteruter ad me ut-  
niret. Att. l. 8. Id. Non est tua digni-  
tatis, atque fidei; vt contra alterutrum, cum  
utriusque sis coniunctissimus, arma feras. Att. l.  
9. Id. Si alterutrum necesse sit; audire ea ma-

lis

*lis quam videre.lib.ep. Id. Quod si in alteru-  
tro peccandum sit; malim timidus, quam pa-  
rum prudens videri. Pro Marc.*

2 *Alternus ab altero dictum est. Horat. Al-  
terno terram quatiunt pede. Car.l. I. Od. 4.  
hor con l'vno, hor con l'altro piede. Plin.  
Grues, alternis pedibus insistentes.lib. 10. c. 1.  
hor su vn pie, hora su l'altro. Cic. Quod epi-  
gramma in eum fecisset, alternis versibus lon-  
giusculi. Pro Arch. Id. Alternæ ciuitates reie-  
ctæ sunt. 4. Ver. vna per banda.*

*Alternis verbis. Alternis versibus, est alte-  
ro quoque verbo, altero quoque verso. Liu. Di-  
ctatorem audiū pœnae venire, alternis pœne  
verbis T. Manlij facta laudantem. lib. 8. ad  
ogni due parole. Cic. Alternis versibus in-  
torquentur inter fratres grauissima contumie-  
lia. 4. Tusc. vn verso per vno.*

3 *Alternis diebus, alternis mensibus, alter-  
nis annis. Vn di sì, l'altro nò, vn mese sì l'al-  
tro nò, vn anno sì, l'altro nò.*

*Alternis, aduerbium hinc fluxit, intelli-  
gitur enim vicibus, aut aliquid eiusmodi.  
Virg. Alternis dicetis. Ecl. 3. Id. Alternis fa-  
ciliis labor. 1. Georg. Cicero [vicissim] solet di-  
cere. Auicenda. vna volta per vno.*

De Aduerbio **A M P L I V S.**

Cap. XVIII.

Amplius pro Plus.

1 **A**mplius sepe idem est quod plus. Cic. Aliquanto amplius amplexus si quam &c. 4. Ver. Id. Facite quae vultis, daturus non sū amplius. 3. Ver. non plus  
2 Accommodatur ad tempus, ac numerū. Cic. Amplius sunt sex menses. Pro Rosc. An. Id. Qui cum amplius centum ciues Romanū haberet ex conuentu Syracusano. 7. Ver. Hoc amplius quam centum ciues. 4. Ver. Hoc amplius in demoliendo signo moliebatur. Ver. Id. Laodicea viginti pōdo, paulo amplius. Pro Flac.

Amplius pro Insuper, aut Præterea.

3 Interdum declarat [insuper] aut [Præterea.] Cic. Cui cum essem assensus, decreui hunc amplius, ut &c. Ad Brut. ep. 5. Id. Itaque oportet temperare cogito præceptis tuis, hoc amplius nauicularium habere. &c. lib....ep. di più. Quid vultis amplius? Pro Mil. che volete più? Id. Nihil dico amplius. Pro Plan. Hoc At ego dico amplius. H-S. cccc. accepisse te lego. 4. Ver. Spectant illa etiam hoc amplius & questo di più. etiam ne amplius? ancora più?

De

## De Aduerbio AN. Cap. XIX.

An, Anne, & Anuero in principio.

**A**n, Anne, & An vero, in principio, in terrogationi seruiunt, ac uim habēt instandi, negandique vobemētius.

Cic. An me censem P. C. decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerētur ? 1. Phil. Pēlate voi forse? Id. An potest uilla esse excusatio ? In Pis. Id. Anne licebit fœderatis: istuc uobis non licebit ? Pro Bal. Id. An vero dubitamus, quo modo iste cateros homines inferiore loco solitus sit appellare, qui &c. 3. Ver. Id. An vero illi, sua per se iudicia rescinderēt, cū cateri soleant, &c. pro Cluen. Id. An vero tibi Romulus ille aut pastores conuenas congregasse, aut &c. videtur ? 1. de Orat.

## Admonitio.

Interrogatio non recte si per forsan, forsitan, & fortasse, sed per An, aut An vero, aut aliquid eiusmodi.

An, & Anne interrogatori subiectum.

2. An sape interrogatori subiicitur pro (ut) Cic. Quid putem ? contempnum ne me ? Non video &c. An in senatu facile de me detrahi posse credidit ? qui &c. An decertare mecum voluit ? 2. Phil. init. Id. Postulo mibi respondeat, qui sit iste Verrutius.mercator, an arator, an pecuarius. 4. Ver. Id. Cum interrogetur, tria pauca sint, annemulta. 2. Acad.

B s An,

An, & Anne dubitationi seruiens.

**3** Interdum dubitationi seruit. Cic. Qua orationem in suas origines retulit, paucis an quam mortuus est an diebus, an mensibus. Senec. Non sò se giorni, ò mesi. Id. Nos te ad mensem Ianuariū expectamus, ex quā dam rumore, an ex litteris tuis ad alios missi. Att. l. i. ep. 2. Non internoscat vera illa vi sint, anne falsa? 2 Acad. Id. Quo mihi indignus videtur, obrectatum esse Sabinio dicā anne Pompeio? an virique? pro leg. Mai Non sò se mi dica. Huc pertinent illa, vi [Vtrum,] aut aliquid eiusmodi, aut ponitur in oratione, aut intelligitur. Cic. In quo quæsi est, in toto ne circuitu illo orationis, an in principijs solum, an extremis, an in utraque pars numerus tenendus sit. in Orat. Id. Refert eti qui audiant: Senatus, an populus, an Iudices frequentes, an pauci, an singuli. lib. 3. de Orat

#### Admonitio.

**4** In interrogationibus, & Dubitationibus pro[Aut] An, reponendum est. nisi forte sententia aliud postulet: nimirum quia non interrogatio, aut dubitatio spectetur, sed rerum discussio. Cic. An ille tempus aut in Poetis volutus, aut in Musicis contereret. I. de fin. Id. Avvero tibi Romulus ille, aut pastores conuenient congregasse, aut Sabinorum connubia coniunxisse, an finitimorum vim repressisse eloqua-  
ria videtur? I. de Orat.

De Præpositione & Aduerbio AN  
T E. Cap. XX.

**A** Nte Præpositio est quoties casum regit. Ac s̄a pe ad locum, personam, tempus accommodatur. Cic. Clodius ante suum fundum Miloni insidias collocauit. Pro Mil. Id. Ante hosce deos erant tabula. 6. Ver. Id. Causam interea ante eū diem diceret. 2. Ver. Item illa, Ante urbem conditam, &c alia eiusmodi. Interdum persona additum, designat etiam tempus. Cic. Minutius mortuus est ante istum Praetorem. 3. Ver. Prima che costui fosse Pretore. Id Omnes ante eum Philosophi. Acad. I. Tutt'i Filosofi che furono auanti lui.

Ante aduerbium est, cum nullum casum regit, cui opponitur [post.] Cic. Ut qui Philosophi esse volunt, a soi ante fiant. 2. de Fin. Id. & paucis ante diebus, cum posset è custodia educi, noluit. I. Tuscul.

Admonitio.

2 Cum dicimus, Paucis ante diebus, annis, mensibus, sextus ille casus non ab [Ante] regitur, sed est ablatus temporis: Perinde ac si diceretur paucis diebus, vel mensibus, vel annis ante.

## De Aduerbio Antequam. Cap. XX.

- 1 **A**ntequam ] alias cum coniunctim me enim  
alias cum Indicatiuo modo cop pro fam  
latur. Cic. Antequam de Rep. P. &c. I. P.  
dicame ea, quæ &c. I. Phil. Id. Antequam so conui  
Siciliae incommodis dico. 4. Ver. re posse.  
2 Interdum [Antequam] pluribus uerbis AT.  
teriectis distractabitur. Cic. Quæ causa ante m  
tua est, quā tu natus es. Pro Rab. Perd. n  
3 AT  
nem. C  
Do. Id.  
etione?  
ria? I.  
yer. M  
AT.  
4 A  
suasi.  
suasori  
tatus.  
ciuita  
Id. A  
bac si  
Ver. i

De Aduerb. Antea, & Antehac,  
Cap. XXII.

- 1 **A**ntea dictum quasi ante ea, cui [ ]  
stea] opponitur. Cic. Appius in ser  
nibus antea dictitabat, postea ei  
dixit in Senatu. lib. I. ep. 9.  
2 Antehac est ante hoc tempus, cui contri  
rium est [posthac] & [nunc] Cic. Atque anti  
hac quidem sperare saltem licebat, nunc et  
illud ereptum est. lib. I 2. epist. 23.

De Coniunctionibus Ast, & AT.  
Cap. XXIII.

- 1 **A**s pro [sed] rarum est apud Oratores  
non tamen inusitatum. Cic. Crebris  
à no-

à nobis litteras expecta: aſt plures etiam mit-  
tio. Aſt. lib. I. ep. II.

2 At, multiplices et egregios uſus habet. Fer-  
me enim aduersatur. Cic. Miſi qui hoc diceret  
pro familiaritate. At ille vobis audientibus,  
Gc. I. Phil. Id. At ego non nego, teque in iſto ip-  
ſo conuinco, Gc. 2. Phil. Dixerat enim ſe nega-  
re poſſe. Maio.

A T. in principijs continuatorationem.

3 AT. in principijs ſapè continuat oratio-  
nem. Cic. At videte hominis audaciam. Pro  
Do. Id. At quemadmodum ſe induit priore a-  
ctione? 3. Ver. Id. At qua eſt iſta tertia Decu-  
ria? I. Phil. At quemadmodum venerunt? 4.  
Ver. Ma come.

A T. in princip. feruit Anteoccupationi.

4 Alias feruit Anteoccupationi. Cic. At ago  
ſuasi, ſcilicet is animus erat Milonis, ut ſine  
ſuatore prodeſſe Reip. nō poſſet. 2. Phil. Id. At la-  
tatus ſum. Quid ergo? in tanta latitia cunctæ  
ciuitatis, me unum triftēm eſſe oportebat? Ibi.  
Id. At mores commodi. quis contumacior? at  
hac ſine cuiusquam malo. quis acerbior? 4.  
Ver. in exir.

A t exſecrantis.

5 Non raro exſecrantis. Ter. At te Diſ Dea-  
que perduint. Vir. 2. Aen.

At tibi pro ſcelere ( exclamat ) pro tali-  
bus aufis.

Diſ, ſi qua eſt cœlo pietas.

A T. in medio feruit ſubiectioni.

6 AT.

**6** AT in medio sape seruit subiectioni. At vero  
Quid ita? ne vitiosum fieret opus? at  
probatio tua: ne parum locuples esset? at en-  
t̄ esset amplius, si velles. 3. Ver. Id. Dom-  
tibi deerat? at habebas; pecunia superab-  
at egebas: Orat.

AT seruit Amplificationi.

**7** Nonnūquam Amplificationi. Cic. Ita  
ante vertis, at quo dico? Pro Mil. Id. V.  
oppugnat mater; at quae mater? Pro Clue  
Et che madre? Habuisses enim non hospit  
sed contubernalem, at quem virum: lib. 9.  
Et che huomo?

AT. in exclamatione, & imploratione.

**8** Alias exclamationi, & Implorationi. C.  
At, per Deos immortales, quid est, quod de  
homine dici possit? in Ver.

AT. pro saltem.

**9** Interdum usurpatur pro [ Saltem. ] C.  
Si non propinquitatis, at etatis sue: si non  
minis, at humanitatis rationem haberet. P.  
Flac. Id. Si mihi republica bona frui non li-  
bit, at carebo mala. Pro Mil. Id. Esse omni-  
fi minus re, at verbis consecutus. Pro Do.  
non in fatti, almeno &c.

## DE AT VERO, & AT ENI<sup>l</sup>

### Cap. XXIV.

**1** AT VERO plerunque aduersatur  
& usurpatur initio ambitus. C.  
At

*At vero aut honoribus aucti, aut re familiari.  
1.de Nat. Deo. Id. At vero hæc tua iustitia flo-  
resceret in dies magis. Pro Marc.*

*2 AT ENIM in Ante occupationibus fre-  
quens est. Cic. At enim te in disciplinam meā  
tradideras. natu si id fecisses, &c. 2. Phil. Ma-  
mi dirai, che &c. Id. At enim vir clarissimus,  
Reip. & vestris beneficijs amplissimis affectus.  
Q. Catulus, itemque &c. dissentunt. Pro leg.  
Man. Si potrà dire che &c. Id At enim nihil  
nouificat contra exempla, atque instituta maio-  
rū Ibi. Ma dirà alcuno che non si faccia &c.*

## DE ATTAMEN, & AT ETIAM. Cap. XXV.

*1 A ttamen [ἀλλὰ, idem ferè,  
quòd] Tamen. Cic. Sed quanquam  
negent nec virtutes, nec vilia cre-  
scere: attamen virumque eorum fundi quo-  
dammodo, & quasi dilatari putant. 3. de fin.  
Id. attamen ut possit se dicere emisse. 6. Ver.  
Ma pure.*

*1 AT etiam.] ēī A indignationi seruit, &  
irrisioni rerum dissentanearum. Cic. at etiam  
de sanctitate, de pietate, aduersus Deos scripsit  
Epicurus. 2. de Fin. Id. at etiam inscribi iussit  
in Fastis. Ib. Questo ci manca.*

De

## De Coniunctione Atqui.

Cap. XXVI.

**A**TQUI KAI TOI SAPÈ continuatori  
nem non secus quām [atque]  
[atque etiam] sed vi quadām  
re. Cic. atqui, si tempus est ullum iure homi  
necandi, qua multa sunt, certè illud est.  
Mil. Anzi dico. Et io dico. Atqui erat id  
poris Clarissimus, & fortissimus Consul ini-  
eus Clodio. Ibid. & sapete.

ATQVI. pro Atuero.

2 Nonnunquam aduersatur, similiter  
[Atuero] Cic. Atqui, ego à primo capitulo  
usque ad extremum reperio Quirites &c.  
Agrar. Ma si. Ma cappari.

ATQVI pro, &amp; tamen.

3 Interdum declarat [et tamen.] Cic. A  
qui in his rebus multa uidemus ita sancita  
se legibus, ut &c. 3. Ver. Id. Atqui ne ex eo q  
dem tempore id egit Sextius. Pro Sext., Et pi  
re. kai tos.

## De Coniunctione AVTEM. de.

Cap. XXVII.

**C**Oniunctio AVTEM, sapè quidem  
idem est, quod [sed;] uerum plerum  
que

que continuat orationem, nec iam significat  
SED, quam Et. Nihil opus est exemplis, qua  
passim occurruunt: satis est monuisse.

AUTEM. cum interrogatione.

2 Verum, cum interrogatio subiçatur, seruit  
correctioni. Cic. Num quis testis Posthumum  
appellauit? testis autem? Pro Rab. Post. che di  
co testimonio? Id. Sed ferendus tibi in hoc  
meus error, ferendus autem? immo uero etiam  
adiuuandus. Att. Id. Curare quid in Re-  
pub. fiat, fiat autem? immo uero quid etiam  
futurum sit. Att.

Quel che si faccia eh?

## De Aduerb. BENE, & BELLE, Cap. XXVIII.

1 Bene prater vulgarem usum, sape au-  
get, & pro [Valde] ponitur. Cic. Bene  
mane dedi litteras Att. lib. 4. La mattina à  
buon' hora. La mattina assai per tempo. Id.  
Bene ante lucem. 2. de Orat. Molto auanti  
giorno. Id. Quos aut imberbes, aut bene bar-  
batos videtis. 2. Catil. Id. Assai bene barbati.  
Adolescens non minus bene nummatus, quam  
bene capilatus, 2. Agr.

2 Item illa apud Ciceronem, aliosue bo-  
nos authores Bene doctus, bene peritus, be-  
ne iratus; Oratio bene longa, bene magna  
caterua; sermo bene longus: bene longinquus  
dolor.

dolor. Rursus Bene maturum, bene firmum re, decla  
alia eiusmodi.

2 Belle, à [Pene] imminutum est. ut si [breui fieri  
tus benè.] Verum sapè magis accedit ad [effecit. li-  
nus] atque [concinnè] quam ad [Bene.] Sapè  
Bene & præclarè quamvis nobis sapè dicantur. Ci-  
belle & festiue, nimium sapè nolo. 2. de Onui 1. de  
Id. aqua non longe à Villa belle sanè flum pediam  
ad Q. Fran.lib. 3. Id. Hermathena tua Breui re-  
sita ita belle est, ut &c. Att.lib. 2. leggiadi beto.  
mente.

3 Non raro tamen pro [commodo] usurpi-  
tur, quia [commodo] est [satis bene.] Cic. Be-  
ne nobis fluit austera. Att. 7. Id. Ergo hac quan-  
modo feres? belle hercule; & in eo me val-  
amo. Att.lib. 4. Id. Hac non tam admiribili  
sunt, quam coniecta belle.lib. 2. de Diu. Id. Mi-  
hi quidem Antiochum quem audis, satis bel-  
videris attendere.lib. 5. de Fin. Honestame no, & i-  
te bene. Item illa satis trita. Belle cecidit, bu-  
le habere; minus belle habere, Rursus illa [bel-  
facere. belle negare. bellissime scribere. bellissi-  
mena higare.

### De Aduerbio BREVI.

#### Cap. XXIX.

1 B Reui aduerbiū ex eo factū vidi-  
tur, quod intelligitur Tempore, am  
Oratione. Duplex inde eius significatio, usus  
que manabit. Interdum enim Breui tempo-  
re,

re, declarat, Cic. Cum maiores breui habi-  
turus sit. Att.lib.8. In breue. Plau. Eum  
breui fieri diuitem. Ruden. Liu. Deinde breui  
effecit.lib.22.

Sapè vero pro[breuiter] ac[paucis] usurpa-  
tur. Cic. Nunc complectar quod proposui, bre-  
ui i.de Orat. In poche parole. Id Breui ex-  
pediam. De Sen. Item illa, explicabo breui,  
Breui respondebo, Dicam breui, Breui sicut ha-  
beto.

## De Aduerb. CÆTERVM, & CÆTEROQVI. Cap. XXX.

**I** Cæterum aduerbium, propriè est [ de  
cetero : de reliquo. Del resto, quan-  
to al resto. Cic. Ego me in Cumia-  
no, & in Pompeiano, praterquam quod sine te  
cæterum satis commodè me oblectabam. Ad  
Q.lib.2.epist.15.

**2** Usurpatur ab historicis passim pro [ sed ]  
Interdum etiam ab Oratoribus.

**3** Cetera pro [caterum] non Poeticū solum,  
sed etiam historicum est. Horat. Excepto  
quod non simul effes, cætera latus. libro 1.  
Epist.10.Virg. Cætera parce puer bello.lib.  
9.Aen.Liu.Ergo virum cætera egregium secu-  
ta, quam in petendo habuerat, etiam regnan-  
tem ambitio est.lib.1.Id. Missile telum hasti-  
li oblongo, cætera tereti, lib.21.

Ad-

Admonitio.

Orator pro [cæteras] cæterum dicit, aut  
[cæteroqui.]

## CAETEROQVI.

4 CAETEROQVI, aut cæteroquin,  
dem originem, ac uim habet. Cic. Ego cæte-  
r quo animo fero. lib. 9. ep. Del resto.

5 Interdum pro [Alioquin] poni uide  
Cic. de Simonide. Non enim Poeta solum  
uis, verū etiā cæteroqui doctus, sapiensq;  
tur. lib. 1. de Nat. Deor. Id. O loca cæte-  
ralde expetenda: interpellantium autem  
titudine pene fugienda. Att. lib. 1. ep. 16.  
altro desiderabili. Id. Quem nisi quod sol  
cæteroquin qui dem recte uocant Atticum  
Orat. Altamente bene.

## De Aduerbio Cedo. Cap. XXXI.

Cedo pro Da.

1 CEDO] sapè declarat [Da.] Plau-  
do mihi pateram. Amph. Id. C  
manū. Capt. Da quà la mano. [certè  
Cedo aquam manibus. Mostel. Da l'acqui-  
le mani. Cic. Cedo tabulas. 6. Ver. Id. Cedo  
hi ipstus Verris testimonium, recita. 3. Ver.  
quà.

Cedo, pro Dic.

2. Alias usurpatur pro Dic. Ter. Quid fac-  
est? Cedo. Eun. Disù. Cic. Cedo tandem, qui  
4. Ph  
certè  
ordō,

rdo, aut qua concursatio somniorum. lib. 2. de  
Diu. Id. Vnū cedo authorem tui facti. 7. Ver.  
d. Cedo vnum ex triennio Prætura, qua , &c.  
. Ver. Dinne Vno.

## De Aduerbio C E R T E.

## Cap. XX XII.

**C**ertè] propriè est [sine dubio] Plau. Cer  
tè is est. Trinum. Cic. Si me tanti fa  
cis, quanti certè facis. lib. 2. Epistol.

Per certo.

Certè concedentis.

2 Interdum concessioni seruit. Cic. At digni  
tatem docere non habet, certè si quasi in ludo.  
In Orat. Vero è, se à modo della scuola. Id.  
Naturales diuitias dixit parabiles esse, quod  
paruo effet natura cōtentia. certè, nisi volupta  
tem tanti astimaretis. 2. de Fin. Si: bene.

Certè pro saltē.

3 Quoties antecedit [fortasse, Si non, aut a  
liud quippiam, quod dubitationem contineat  
[certè] pro [saltē] ponitur eleganter: nimi  
rum, quia id quod subiicitur, tamquam dubio  
certum opponitur. Cic. Res enim fortasse vera,  
certè graues. 4. de Fin O almeno graui. Id.  
Victi sumus igitur, aut si vinci dignitas non  
potest: certè fracti, atque abiecti. lib. ep. Id. Hc  
insperatū oībus consiliū, incognitū certè cepit.  
4. Phil. Id. Homines mortē optare incipiāt, vel  
certè timere desinant. 1. Tusc. Id. Toū genu  
hoc

hoc & Zeno, & ab eo qui sunt, aut non poterunt, aut noluerunt; certè reliquerunt. lib. de Fin.

De Pr

Certè quidem, & quidem certè.

4 Quidem certè, & certè quidem, certius, quid designant. Sed [ certè quidem ] in principio ponitur [ Quidem certè ] subiectur. Vbi est animus? certè quidem in te est. I. scu. Egli è pure in te. Id. Quam sapientia non disputo; constanter, & fortiter quidem certè. De Prou. Conf. Se non altro, almeno con fortezza.

P R

fertur.

ca Capu

pua. Ia

suis, quo

2 Cir

pus, aut

dito bu

citer K

aut in

citer vi

bell. Ga

suum a

circa.

### De Aduerbio CITIVS.

Cap. XXXIII.

Citius, pro Potius.

1 **C**itius, ut à vulgata significatione sedamus, interdum usurpatum [potius.] Cic. Citius dixerim iactus se se aliquos, ut &c. quam &c. Phil. Più presto, più tosto. Id. Eam citius veteratoriali quam oratoriam dixeris. In Brut.

Citius pro Prius.

2 Aliàs pro Prius. Cic. Vox me citius dicet, quam nomina. Ver. Id. Citiusque amici fratrem tuum odisse desinam, quam illi odio quicquam de benevolentia nostra detinatur. lib. 5. ep. 6.

D

## De Præpositione Circa, &amp; Circiter.

Cap. XXXIV.

**P**rapositio [Circa] idem est quod (circū)  
 & ad locum, aut personam ferme re-  
 fertur. Cic. Cum Rullus Capuam, & urbes cir-  
 ca Capuam occuparit. 2 Agr. Intorno à Ca-  
 pua. Id. Multa sibi opus esse, multa canibus  
 suis, quos circa se haberet. 3 Ver. Attorno.

2 Circiter idem penè significat, sed ad tem-  
 pus, aut numerum accommodatur. Plaut. Re-  
 dito buc circiter meridiem. Most. Cic. Nos cir-  
 citer Kalendas, aut in Formiano erimus,  
 aut in Pompeiano. Att. lib. 2. Cæs. Ita dies cir-  
 citer viginti quinque, iter fecerunt. lib. 1. de  
 bell. Gal. Liu. Cum decem circiter millia pas-  
 suum ab hoste abessent. lib. 28. Intorno, in  
 circa.

Admonitio.

3 Ergo quoties tempus, aut numerus signifi-  
 catur [circiter] non [circa] ab elegantibus  
 scriptoribus dici solet.

## De Præpositione Citra.

Cap. XXXV.

**C**itra] Præpositio contrarium habet  
 [Ulta] Cæs. Qui sunt citra Rhenū.  
 lib. 6.

*lib. 6. de bel. Gal. Di quà dal Rheno. Cui locus est citra Leucadem stadia cxx. lib. 26. 4. Id. Ut exercitum citra flumen Rubiconem educeret. 6. Phil. Dentro a' termini della me Rubicone.*

Citra pro Intra, vel Sine.

*2 Citra per translationem declarat in dum [Intra] vel [Sine] Columel. Citra satiem data glans. lib. 7. c. 6. id est, intra satiem, ita ut ne patientur. Cels. Exercitatio plerumque finis debet esse sudor, aut certe luctu, qua citra fatigationem sit. lib. 1. cap. Dentro a' termini della stanchezza. P. Citra fastidium nominare. lib. 3. id est sim studio. Id. Citra perniciem. lib. 11. Id. Citra vidiām. lib. 7.*

### De Aduerbio Commodo.

#### Cap. XXXVI.

*1 C*ommodum] aduerbiū pro [cōmodū siue [opportune] usurpari solet. P. Si isthac ibis, cōmodum obuiamias Patri. Merc. A tempo. A proposito. Commodo cum.

*2 Sapè assumit [Cum. ] Cic. commoda ad te miseram Demeam, cum eros ad metuit. Attic. lib. 13. A punto quando. Id. Commodo ad te dederam litteras de pluribus rebus, cum ad me bene mane Dionysius fu-*

*Att.*

*Ciu.  
26.  
con.  
elb.* Att.lib. 10. Id. Commodum discesseras heri, cū  
Trebatus ad me venit. Att. lib. 13.

De Aduerb. **CONTINUO, & CONTINENTER.** Cap. XXXVII.

1 **C**ontinuo idem est quod [statim] incon-  
tinente. Cic. ignis in aquam conie-  
ctus continuo extinguitur. Pro Quint. Teren.  
Continuo hic adero. Heaut. Id. Hos prius intro-  
ducam, &c. postea continuo exeo. Eun. subito.  
Cic. Deinde absens factus Ædilis, continuo  
Frator, post &c. Acad. 1.

Non continuo, pro Non ideo.

2 Sape [Non continuo] usurpatur pro [non  
ideo.] Cic. Non continuo si me in gregem sica-  
riorum contuli sum sicarius. Pro Rosc. Am. Id.  
At si illæ seditiones saluti huic Ciuitati fuis-  
sent: non continuo si quis motus populi factus  
esset, id &c. 2. de Orat. Non perciò. Non  
però.

1 **CONTINENTER,** est [fine intermissio-  
ne.] Cic. Quomodo enim probas continenter  
imagines fieri? 1. de Nat. Deo. continuamē-  
te. Cas. Cum hoc esset modo pugnatum conti-  
nenter horas quinque. lib. 1. de bel. ciu. Id. Bel-  
ga cum Germanis continenter bellum gerunt.  
lib. 1. de bel. Gal. id est, assidue.

<sup>2</sup> Continuo] aduerbium pro [assidue] b  
barum est.

De Aduerbio CONTRA.  
Cap. XXXVIII.

<sup>1</sup> **C**Ontra aduerbium sape est, quia existim  
casu ponitur. Cic. Virumque contum  
accidit. lib. 13. ep. 18. Tutt'il contrario. 15.c.  
Contra pro E contra, vt multi loquuntur,  
<sup>2</sup> **C**ontra sape usurpatur pro è contra. C Idem.  
Vt hi miseri, sic contra illi beati. s. Tusc. Per gratia  
contrario: all'incontro. Id. Peccasse enim liuiscatur  
non anguntur: obiurgari moleste ferunt: quod cebar.  
contra oportebat, delicto dolere, obiurgatio  
gaudere. de Amic. Id. Vt alia probabiles: 2 In  
deantur, alia contra. 2. Acad. Altre al co  
trario.

Contra ac, Contra atque, Contra quam  
<sup>3</sup> **C**ontra iungitur cum AC, ATQUE  
QVAM. Cic. Si denique aliquid, quod non  
contra ac licet factum diceretur, sed con  
atque oporteret. Pro Cluent. Al contrario  
quel che bisognava. Id. De vestro iure, inter  
religione contra quam proposueram, disput  
bo. Pro Cluen. Contra à quel che m'è  
proposto.

## De Coniunctione CV M.

## Cap. XXXIX.

CVM iunctum tempori.

1 CVM saepetēpori adhibetur Cic. Scis profecto fuisse quoddā tempus, cū homines existimaret. lib. 13. ep. 3. Tempo che. Id. Multī enim anni sunt, cum ille in ære meo est. lib. 15. c. 14. Id. Dies non dum decem intercesserunt, cum ille alter filius necatur. pro Cluen. Idem. Utinam diem illum videam, cum tibi gratias agam. libro 3. ep. 3. Id. Nunquam obliuiscar noctis illius, cum tibi vigilanti pollicebar. Pro Plane.

Cum pro Etsi.

2 Interdum [cum] designat [Etsi] Cic. Cui cum Cato, & Caninius intercessissent: tamen est perscripta. lib. 1. ep. 2. Con tutto che. Id. Cum plus. etiam contenderimus, quam possimus: minus tamen faciemus, quam debemus. lib. 1. epist. 8. Posto che. Quando che.

Cum & tum, Tum vero, Tum etiam.

3 Cum ] & [ tum ] ferè usurpantur, cum duo inter se ita comparantur: ut posterius priore anteponatur: significant autem idem, quod [ Non solum ] sed etiam ] Cic. Cum ceteris, ut quidem videor, tum mihi ipse displiceo. lib. 4. epist. 13. Si à gli altri, come. Attamen post [ tum ] ponitur interdum [ Vero ] alias [ Etiā ]

C 2 Cic.

Cic. Qua cum abhorrent à literis, & ab  
manitate, tum vero contraria sunt imperio,  
dignitati.ad Q.F.lib.1. oltre che, &c. Si  
chora. Id. ut ego perspicio cum mea conie-  
ra, tum etiam tua.lib. 3. epist. 13. tanto p  
conto tuo, quanto ancora per mio. Id. H  
lienus autem noster cum animo, & benu-  
lentia, tum verò etiam imitatione viuen-  
Ad Q.Fr.lib.1.ep.1.

Cum, tum maxime, tum præcipue, tum  
primis, tum vel maxime.

4 Ut vehementius id quod secundo loco  
nitur, affirmetur: post TVM. adhibetur [m  
xime] aut [præcipue] aut [in primis] aut [  
maxime] Cic. Luxuria vero cum omni ali-  
turpis, tum maxime senectuti fœdissima est.  
Offic. Se bene ad ogni età stà male, pur  
che ad ogni altra stà malissimo. Id. Soli-  
tum esse te cum de tuis communibus fortun-  
tum maxime, ac dolore meo sentio lib. 11.  
6. Id. Seruos cum omnibns in locis, tum pra-  
pue in prouincijs regere debemus. Ad Q.F  
lib. 1. ep.1. Id. Lentulum nostrum cum can-  
ris artibus, tum in primis imitatione tui fi-  
erudias.lib. 1. ep.8. ad Q.Fr.lib.1. ep. 1. Ne  
l'altre arti ancora, ma particolarmente. I  
Hoc ego cum Reip.causa censui, tum in prim  
retinend& dignitatistua.lib.12.ep.22.Id.Cu  
alia multa certi homines, tum hoc vel man-  
me moliuntur. Pro Flac.

Cum

Cum tum, Tum.

5 Interdum quia plura inter se comparantur, [tum] iteratur. Sed quod ceteris anteferuntur, postremo loco collocatur. Cic. Velisque per te hoc muneris tum ipsis amicis hominibus, tu municipio Caleno &c. tum Lepida, quem omnibus antepono. lib. 5. epist. 13.

Cum, & tum diuersis verbis eiusdem,  
alias diuersi modi copulata.

6 Cum, & tum diuersis saepe verbis eiusdem modi copulantur. Cic. Cum tua & mea valde interest te valere, tum multis est cura. lib. 16. ep. 6. Id. Cum grainor, tum vero quibus verbis tibi gratias agam, non reperio. lib. 2 ep. 8.

7 Interdum modus variatur. Cic. Sic enim sentio, ius legatorum cum hominum praesidio munitum sit, tum etiam diuino iure esse vallatum. de Ar. resp. Id. Hoc cum antea intelligerem, tum vero proxime iudicavi.

Att.

Cum & tum ad tempus futurum relata.

8 Cum & tum, tempus futurum nonnunquam designant. Cic. Si valebis, cum recte nauigari poterit, tum nauiges. lib. 16. ep. 11. Id. Cum inimici nostri venire dicentur, tum in Epirum ibo. lib. 14. ep. 3. Quando: all' hora non prima.

Interdum additur [denique] maioris explicationis gratia. Cic. Apud iudicem causam priore loco dicat, & eam cum perorarit,

54 Cum, Iam, Cur. De.

sum denique vocem accusatoris audiat.  
Quinet.

Cum, iam, vel Iam tum, relata ad tempus  
præteritum.

9 Cum iam] vel [Iam tum] ad tempus  
teritum referuntur. Cic. Cum hæc legeres: u  
decretum arbitrabar fore. l. 10. ep. 10.  
Cum hæc scriberem, iam tum existimabi  
orationem ad te esse perlata. lib. 15. ep. 1  
Scriuend'io queste cose, infin d'allhon  
&c.

De Aduerbio CVR. Cap. XL.

1 CVR] sape cum causa coniungitur. C  
Non fuit causa, cur tantum labi  
caperes. Pro Rosc. Com. Id. Quod si tibi  
la causa est, cur hunc tanta calamitate  
oi velis. Pro Rosc. Am. Che se tu non  
ragion alcuna di voler &c. Id. Quæ est ca  
sa, cur hoc velis? Pro Cluent. Id. Quid  
causa, cur non pertimescas? Pro Flac. P  
qual cagione non dee egli hauer paura?

2 Alias causa non exprimitur, sed intelligi  
tur. Cic. Quid est Q. Naso, cur tu in isto loco  
sedreas? Pro Cœl. Che cagione hai di seden  
in cõtesto loco? Che accade, che tu &c.

De

**De Præpositione DE. Cap. XLI.**

De pro Ex, ad personam relatum.

**D**E pro [ex] sape ad personam accommodatur. Cic. Audiui hoc de parente meo. Pro Corn. Bal. Da mio Padre. Id. Messala Consul de Pompeio quæsivit, quid de religione sentiret. Att. lib. I. Dimandò à Pompeio. Id. Fundum Cirneum Roma mercatus est de Pupillo Merubonio. Pro Flac.

De, ad locum.

**A**lias refertur ad locum. Ter. Clamat de via. And. Dalla strada. Cic. Non enim declamatorem de ludo, aut rabulam de foro querimus. 1. de Orat. Id. Hominem audieris de schola. 2. de Orat. Id. Palam de sella ac tribunali pronunciat. 4. Ver. Id. De Phaselo, epistolam dedi. Att. lib. I.

Item illa vulgata] Exire de nauis] De Sicilia aōire[ De prouincia decedere.]

De, ad tempus.

**I**nterdum ad tempus. Cic. In comitium de nocte venit. pro Mil. Di notte. Id. Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas. pro Mur. Id. Vi consideratè, diligenterque nautiges de mense Decembri. Ad Q. Fr. lib. 2. ep. 5. Nel mese. Del mese. Cæs. Cum de tercia vigilia Petreius & Afranius ca-

C 4 pta

*stra mouissent. lib. i. de bel. Gal. Su la ter  
vigilia.*

*De, ad gentem, gradum, conditionem  
multitudinem.*

*4 Persæpe accommodatur ad gentem, g  
dum, conditionem, multitudinem aliquam  
Cic. Si quis unquam de nostris hominibus  
fuit? Pro Flac. De nostri. Id. Ut habeat o  
tor, non sane de minoribus. de opt. g. or. Id. Is  
cusator de plebe fuit. In Brut. De la ge  
bassa. Id. Unus de illis. Pro Mil. Item ill  
Unus de multis, Unus de septem, Unus  
populo.*

*De, ad materiam.*

*5 Non raro ad materiam. Cic. De eod  
oleo & opera scripsi ad te. Att. lib. 13. Id. C  
iusmodi artificium de ipso iure ciuili Cra  
componi posse dicebat. lib. 2. de Orat. Di  
l'istesso corpo delle leggi.*

*6 Huc spectant illa. Cic. Cateri multa  
suis rebus exportabant. Parad. & alia ei  
modi. Molte delle sue cose.*

*De pro Super. ὑπέρ.*

*7 Cum de legatis agitur [ De ] usurpat  
ad significandam materiam, aut causam  
gationis. Cic. Regulus de captiuis communi  
dis Romam missus. lib. 1. Off. Id. Legatus  
Senatum de Rhodiorum pramijs venerat.  
Brut. Item illa. Legati de pace: De capti  
redimendis, &c.*

## De pro Propter.

8. Etiam ad causam declarandam adhiberi solet. Ter. Non hoc de nihilo est, quod Laches me nunc conuentam expetit. Plaut. De nihilo irasci. Truc. Per niente. Cic. Flevat uterque non de suo suppicio: sed pater de filij morte, de patris filius. 3. Ver. Item illa vulgata. Graui de causa. Certis de causis, Quibus de causis, Maximis, instissimisque de causis.

## DE pro Quod attinet ad.

9. Sapissime usurpatur pro [Quod attinet ad] Cic. Cedit religioni de exercitu. lib. 1. ep. 2. Quanto all'esercito. Id. De pace, sentio simulationem esse apertam. Att. l. 10. Quanto alla pace. Huc reuocari possunt illa [De facie noui.] Cic. Virtus quam tu ne de facie quidem nosti. In Pis. Ne meno di vista.

## De consilio, De sententia alicuius.

10. Iungitur sape cum consilio & sententia. Cic. Omnia de meo consilio, & vos fecissetis, & Cannutius faceret. lib. 12. ep. 3. Id. Q. puer legit &c. Et solet aperire; idq; de consilio meo, Att lib. 6. Di consiglio. Per consiglio mio. Id. De amicorum sententia Roscius Romam confugit. pro Rosc. Am. Id. Ut heredes sui de Hemarchi sententia dent, quod satis sit, ad agendum diem natalem suum. 2. lib. de Fin. Item illa, De consilij sententia, De communis sententia. Di commun parere.

## De industria.

**11** *De industria] est [Dedita opera.] A posta. A bello studio. Cic. Nec tamen ab illa dicuntur de industria.lib.4.de Fin. Id. Si de industria facias.lib.1.Off.*

## De integro pro Denuo.

**12** *De integro.[idem quod [Denuo.] Cic.D. integro creare Censores. 4.Ver.Id. Gratulan de integro. Att.lib.13.Id. De integro inciden pio Cl. in morbum.lib.12.ep.29. De integro scriberi. maioru Att.lib.13.Di nuouo.*

## De scripto.

**13** *De scripto ] contrarium habet[ memori- ter.] Cic. Ut à me de scripto dicta sententia est .lib. 10. ep.13. Ita enim dixisti , & qui dem de scripto .10. Phil. Con lo scritto in mano.*

## De meo,de tuo,de suo,de nostro,&amp;c.

**14** *Demeo,de tuo , de suo . Vulgaria uidentur , sed elegancia sunt . Ter. Potat , olet unguenta,de meo. Heaut. A mio costo. Plau. Ad eam operam facere sumptum de suo.Bacch. Liu. Cum ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset .lib. 4. A sue spese. Plaut. De nostro sape edunt .Truc. Del nostro.*

De Aduerbijs DEINDE, & DE-  
INCEPS. Cap. XLII.

1 **D**einde est aduerbium ordinis, atque interdum sapius iteratur. Cic. An ego tibi obuiam non prodirem? primum Appio Claudio, deinde Imperatori, deinde more maiorum, deinde (quod caput est) amico? lib.

3. ep. 7.

2 Deinceps. ex dein, & capio, factum, proprie est [ Vnus post alium. ] Di mano in mano. Cic. Sed tamen tres summo loco natos te nolo habere iratos, quos uideo deinceps Tribunos plebis per triennium fore. lib. 2. ep. 17. L'un dopo l'altro. Id. Deinceps qui accumerent, canerent ad tibiam. 4. Tusc. Di mano in mano. Id. Deinceps accipere ab alijs, & tradere alijs. 4. de Rep. L'un dall'altro per ordine riceuer, & cosi dar ad altri.

3 Interdum usurpatur pro[ Deinde.] Consequentemente. Cic. De iustitia dictum est; deinceps, ut erat propositum, de liberalitate dicendum. lib. 1. Off. Id. Deinceps laudatur provincia Gallia. 4. Phil.

**DE Aduerb. DEMVM, & DENI QVE.** Cap. XLIII.

**1** **D**emum idem est quod [Tandem] pr  
sertim cum Interrogationi iungitur tempore  
& vim habet grauius instandi, Cic. Iam v  
ro exilium, quantum demum à perpetua pe  
grinatione differt? s. Tusc. Quanto differ  
sce mai?

**2** Ceteroqui usurpatur pro [Denique.] Ci  
Nunc demum litteris tuis rescribo, Att. II  
Hora finalmente.

**3** **D**ENI QVE, est [Ad extremum] Ac pri  
prie locum habet in extrema parte enumera  
tionis. Cic. Primum vos, docuit &c. tum in pri  
orādo posuit, &c. Denique ad extremum, &  
pro Post. Ra. ad Quir. Id. Nihil est deniq  
in natura rerum omnīū quod &c. 3. de Orat.  
Per finirla.

**4** Sape tamē usurpatur pro [Demum.] Ci  
His omnibus consideratis, tum denique cogit  
&c. 2. de Orat. Id. Tantum accessit, ut nun  
denique amare videar, antea dilexisse. lib.  
ep. Id. Ne sexagesimo denique anno m  
notetur. Pro Quint.

## De Aduerbio DIV. Cap. XLIV.

1 **D**iu] est [Per longum tempus.] Cic. Quæ singulatim, ac diu collecta sunt, uno tempore uniuersa perdamus. i. Ver. Ad yna ad vna, & in lungo tempo.

Diu cum tempore præsenti.

2 Cum actio adhuc durat, DIV, cum præsenii tempore copulatur. Cic. Omnia iam ex eo, quæ diu cupio, cognoscam. 2. de Oratio. Da grantempo in qua. Gran tempo fà. lege. Iam Diu.

Diu, multumque.

3 Diu sàpè iungitur cum [ mulium ] ut significetur & diurnitas temporis, & assiduitas, vel attentio actionis. Cic. Vitrum &c. Diu multumque dubitavi. In Orat. Id. Libri Orationij diu, ac multum in manibus fuerūt. Att. lib. . . . Id. Cum multum diuque uixerit. De Sen. Id. Hæc diu, multum, multoque labore qua sita una eripuit hora. pro Syl.

## De Aduerb. DONEC, &amp; DVM.

## Cap. XLV.

1 **D**onec] est [Quoad.] Plaut. Neque credebam primo mihi met, Donec Sosia, &c. cat. Amph. Ter. Certum est ob- sidere

*fidere usque, donec redierit. Adcl. Fin che.*

*Raro usurpatur pro[Quandiu] vel[Dum] Omid. Donec eris felix, &c.*

### Dum pro Donec.

1. *Dum[interdum ponitur pro[Donec]] i. Att. [Quoad.] Colum. Paulum aqua maceragnior fuidum intentescat.lib.2.cap.11.Cic.Qui ualep.11.i tamdiu dum hic prodires. Pro Flac. Si conditione tanto che.*

### Dum cum uerbo Expecto.

2. *Persape cum verbo Expecto[Dum] iun tur. Cic. Expecta, amabo te, dum Atticum Interueniam. Att.lib.7.Id. De Aufidio non punitur. Cic expectare, dum scribam . lib.11. Id. Ego onum di Arcano opperior, dum ista cognosco.lib.6. Ecuerit, te che.*

### Dum pro Quamdiu.

3. *Plerumque verò significat [Quamdiu] usque eo Cic. Dum litteræ Latina loquentur. I. de le Id. Dum præsidia villa fuerunt, in Sylla præ Aliadijs fuit. Pro Rose. Am. Id. Dum hominum ym repu nus erit. Ibid. Mentre che: Per quanto. SHac dum che il mondo durerà.*

### Dum pro Adhuc.

4. *Quoties NON, aut [Nihil] antecedet he; frāt [Dum] usurpatur pro[Adhuc.] Cic. Nam dum erat audiuim te ad Italiam aduentan lib.2.ep. Id. Et quanquam nihil dum audien mus, nec ubi effes, nec &c.l.12.ep.7. Non ha uemamo ancor sentito, &c.*

Dum

## Dum pro Dummodo.

**s** **Dum**] interdum pro [Dummodo] usurpa  
tur. Cic. Tu autem meministi, nos sic agere: us  
quas vellet præfecturas sumeret, dum negotia  
tori. Att. lib. 6. ep. Id. Ego si cui adhuc uideor  
segnior fuisse, dum ne tibi, non labore. Att. lib.  
8. ep. 11. id est, Dummodo non itbi. ] Id. Istæ  
conditione, dum mihi liceat confiteri nescire,  
quod nesciam. 1. de Orat. Pur che. Con que  
sto patto che.

Dum, cum Vſque, & Vſque eo.

**7** **Interdum** cum [Vſque] & [Vſque eo] iun  
gitur. Cic. Fateatur se hominem priuatū præ  
donum duces viuos &c. vſque dum per me  
licuerit, tenuisse. 3. Ver. Id. Vſque eo premere  
earū capita mordicus, dum illæ captiū amit  
terent. 2. de Nat. De. Infin' à tanto. Lege  
[Vſque eo.]

Dum, cum [Interea].

**8** **Alias** cum [Interea.] Ter. Hac dum me  
cum reputo, accersitur interea uirgo. Eun. Cic.  
Hac dum Romæ geruntur, Quintius inter ea  
&c. de saltu agroque communi, à seruis com  
munibus, vi detruditur. Pro Quint. Mentre  
che; frà tanto.

## De Adverb. DVMMODO.

## Cap. XLVI.

**i** **D**ummodo] condicionem significat.  
Pulchrè Cic. Quod nunquam, dum  
modo

modo otiosi essent, recusarunt. Att. ....

Dummodo ne, ne quid.

**2** Cum condicio negans est, dicimus [D] modo ne ] potius quam [ Dummodo n. Cic. Sit summa in iure dicendo severitas, modo ne ea varietur gratia. ad Q. Fr. lib. i. Id. Id ipsum scribas velim, te nihil h[ab]e quid scriberes, dummodo ne his verbis. ep. 44. Id Veniendum censeo: dummod[um] quid hac ambitiosa festinatio imminuat gloria, quam consecuti sumus. lib. 10. ep. Pur che non.

De e

E Co

ij ad illu  
Id. Ecce  
Lucretio

2 Sapè  
repente,  
nunciati  
co poiss  
ba, atqu  
diuortiu

## De Aduerb. EATENUS

### Cap. XLVII.

Eatenus quoad, Eatenus vt.

**1** Eatenus conflatum ex] Ea[ & Tenu significat [ Usque ad eum terminus. Cic. Verba persequens eatenus, ut non arerent à more nostro, de opt. gen. or. Fino isto termine. Id. Quorum si quis effet sacerdior, ferres eatenus, quoad per se negligera leges, quibus esset, &c. Ad Q. Fr. lib. I. epis. Fin tanto che.

3 Ass  
leganti.  
facenus  
di sorti  
ximè s  
Eccoti

I E  
terdum  
mittas  
dixi: r  
Id. En  
tus si

De Aduerb. ECCE, & EN.  
Cap. XLVIII.

1 Ecce] sèpè repentinum quid ostendit ac nouum. Cic. Ecce subito littera Domij ad illum. Att. lib. 8. Eccoti subitamente. Id. Ecce postridie ad Cassium littera caput à Lucretio familiari eius. Att. lib. 7.

Ecce autem.

2 Sèpè. ad sciscit [Autem.] Cic. Ecce autem repente, ebrio Cleomene, dormientibus ceteris nunciatur piratarum naues adesse. 7. Ver. Ec co poi subitamente. Id. Ecce autem nouatur ba, at querixa. 6. Ver. Id. Ecce autem subitum diuortium. Pro Cluent. Et ecco.

Ecce tibi.

3 Assumit interdum pronomen [Tibi] et legantia causa. Cic. Ecce tibi ex aduerso Läpsacenus Strato 2. Acad. Id. Ecce tibi eiusmodi sortitio, ut &c. pro Cluen. Id. Cum bac maximè scriberem; ecce tibi Sebosus. Att. lib. 2. Eccoti.

EN, irridentis.

1 EN non solum demonstrantis est, sed interdum irridentis. Cic. En cui tuos liberos committas. 3. Ver. Id. En hoc illud est quod ante dixi: mulier abundat audacia. Pro Cluent. Id. En cur magister eius ex Oratore arator factus sit. 2. Phil. Ecco per qual cagione.

EN,

EN, Indignant, aut miserantis.  
 2 Alias indignantis, aut miserantis. C  
*En crimen, en causa, cur regem fugitivum, minum seruus accuset. Pro Deiot. Id. En exteris Reges stabilem esse suam fortunam bitrentur pro Sest. Id. En cur Tyndaritam benter prædicent, Nos in septendecim populi Sicilia non eramus.*

*De Pronomine Ecquis, & Adversariis Equando. Cap. XLIX.*

1 **E**cquis ex coniunctione, Et, conflatum tamen non tam significat [Et qui] quam [Num quis] Plaut. Ecquis in villa est Rud. Eui alcuno? Cic. Ecqua poterit in agro scendo esse distinctio? 2 Acad. Id. Ecquod inde cium Romam dissolutum fore putas, quoniam &c. s. Ver. Id. Ecquid attendis? Ecquid animaduertis horum silentium? 1. Catil. Horam rendi tu?

2 **V**surpatur etiam sine interrogacione. Cic. Ut videant, & inuestigent, ecqua virgo, aut mulier sit. 3. ser. Se vi sia alcuna.

3 Adsciscit interdum. [Nam] instandi causa. Cic. Ecquod nam principium putatis libertatis capessenda? 1 o. Phil.

4 Ecquando[est [Nū aliquando.]] Cic. Ecquando te rationem factorum tuorum reddi surum putas? 4. Ver. Penfaisti mai?

De

*De Aduerb. Enim, & etenim.*

*γαρ·καὶ γάρ. Cap. L.*

**E**nim, & Etenim, et si aquè reddunt rationem, usitamen differunt, Nam quenam (ut omnes norunt) post unum aut alterum verbum usurpatur, etenim apud Oratores semper initio ponitur. Vitrumque autem continuat interdum orationem. Cic. Attendite enim diligenter. 4. Ver. Id. Etenim rem totam breuiter cognoscite.... Ver.

Nec enim, Neque enim.

2 Nec enim, aut, Neque enim, pro [Non enim] dici solet. Cic. Nec enim unquam sum assensus veteri illi, laudatoque proverbio. de Sen. Id. Neque enim quod sentio, libet dicere. z. de Nat. Deo. Perche non mi piace.

*De Aduerbio enim uero.*

*Cap. LI.*

**E**nimuero ex[Enim & Vero] factum, vehementius affirmat aut negat. Plau. A in' uero? P. Aio enim uero. Persa. Id. Tum te abyisse hinc negas? AM. Nego enim uero. Amph. Si, ch'i'l niego. Cic. Enimuero nega. 6. Ver.

Enim.

Enim uero pro Scilicet. *Suadit.* est dolor,  
 2 *Vsurpatur interdum* [Enim uero] pro de eo plus  
 licet] S'intende: Ben sapete. Cum res pro Quir  
 rum qua de agitur, ita nota est, ut qui quis  
 se eam intelligere possit. Cic. Illi enim uen 2 Eo q  
 ostendunt, quod vellet, esse facturos. 7. I quod [P  
 Id. Enim uero iste credere, ac mirari, s. i scripsi a  
 Id. Hic enim uero tu exclamas, hominem bam.lib  
 probum. Ibid. So dire, che qui tu es. Id autem  
 mi.

Enim uero indignantis.

5 Alias indignantis est. Cic. Enim uero 3 Int  
 ferendum non est. 3. Ver. Oh questo no. quod. C  
 Enim uero si unus homo, &c. quanta tando  
 pecunia &c. Ad Q. Fr. l. i. ep. 2.

Enim uero pro Demum.

6 Nonnunquam pro [Demum] usurpati  
*Plaut.* Nunc enim uero occidi. Capt. A desso  
 ch'io son rouinato. *Liu.* Tunc enim uero Di  
 rum ira admonuit. lib. 2. All' hora si.

Enim uero pro Nimirum.

7 Aliquando pro [Nimirum.] *Plau.* Eni  
 uero Dij nos quasi pilas homines habet. Ca  
 In fatti. *Teren.* Enim uero Daue locus non  
 segnitiae. And.

### De Aduerb. EO. Cap. LII.

Eo quo] pro Tanto quanto.

\* **E**O quo] pro [Tanto quanto] Vulgatib  
 mū est. Cic. Quarum rerum eo gran  
 [est]

est dolor, quo culpa maior. lib. 11. ep. 11. Id. Vn  
de eo plus opis auferret, quo minus attulisset  
pro Quinto.

Eo quod. Eo quia.

2 Eo quod ] & [ Eo quia ] idem declarant  
quod [ Propterea quia .] Cic. Eoque tardius  
scripsi ad te, quod quotidie te ipsum expecta-  
bam. lib. 3. ep. 7. Per questo rispetto, che. Id.  
Id autem eo facilius credebatur, quia simile  
vero videbatur. lib. 12. ep. 5.

Eo quo pro Eo quod.

3 Interdum ] Eo quo [ usurpatur, pro ] eo  
quod. Cic. Neque hac eo scribo, quo te meo casu  
non maxime dolore esse affectum sciam. lib. 3.  
ep. 15. Id. Non eo dico, C. Aquili, quo mihi ve-  
niat in dubium tua fides, atq[ue] constantia. Pro  
Quin. Non lo dico, perche.

Eo vt, Eo vt ne.

4 Iungitur etiam nonnunquam cum [ Vel ]  
vel. [ Ut ne ] Cic. Hac ad te eo pluribus scripsi,  
ut intelligeres me &c. lib. 13. ep. 69. Idest, pro-  
pterea ut. ] Id. Suspicor eo semihoram mihi à  
Labieno præstitutam esse, ut ne plura de pudi-  
citia dicerem libro decimotertio, epist. 69. Per  
questo rispetto, Per questa ragione, Ac-  
cioche.

*De Aduerbio ERGO. Apa.  
Cap. LHI.*

Ergo pro igitur cum interrogatione.

1 **E**rgo (ut uulgatum usum omittamus) interdum usurpatur cum interrogatio bet hortatione pro] Igitur. Cic. Quid quin hu-  
est? primum magnitudo periculi Ep. 1. sii? Pro  
Quinct. Id. Num ergo is excusat nos, aut orbis lib. 6. Ac  
sensibus? Acad. 2. Plau. Ipsus inquam Can  
dos sum. S. ergo ipsus ne es? Trin. Dunque se-  
deffo?

Ergo pro Itaque. apæ.

2 In principijs sapè usurpatur pro] Itaque. Ali  
Cic. Ergo hoc est animi bene constituti, Ep. 1. uertitis?  
Am. Liu. Ergo dum nullum fastiditur genitu in Ca  
in quo eniteret uirtus, creuit imperium Rom. Et causa  
num. lib. 4. Et così mente.

Ergo pro Causa. epexæ.

3 Ergo] in medio sumitur pro causa. Cic  
Si quid contra alias leges, eius legis ergo si 3 Et  
ctum sit. Att. lib. 3. Per rispetto di quella le  
ge. Id. Virtutis ergo donaretur. de opt. ga rara  
orat. Id. Eum donari uirtutis ergo benenola facillim  
iaque. Ibid. Per il suo valore, & amoreu  
lezza. Id. Neue lessum (idest euulationem)  
funeris ergo habento. 2. de Leg. Liu. Fuga, + Int  
formidinis ergo non abituras. libro 22. Pe gendi.  
paura.

## De coniunctione ET. Cap. LIV.

Et, pro[ Et tamen] hortantis. εἰτα.

**C**oniuincio [Et] in principijs comprehensionum mirificos usus habet. Sapè declarat[ Et tamen] ac uim habet hortandi . Cic. Et quispiam dubitabit, quin huic tantum bellum transmittendum. I. si? Pro Leg. Man. Saracci, chi dubiti? Virg. lib.6. Aen.

Et dubitamus adhuc uirtutem extende-re factis?

Et, Indignantis. εἰτα.

2 Alias indignationem designat . Cic. Et uos acta Cæsaris defenditis, qui leges eius, eueritis? 1. Phil. εἴθ' υμεῖς. Et poi uoi Id. Et tu in Cæsaris memoria diligens ? 2. Phil. Id. Et causam dicit Sextius de ui. Cur ita ? Pro Sest. Et poi Sestio.

Et quidem, Et uero, affirmantis.

καὶ δῆ.

3 Et quidem, [ Et uero] grauius affirmat. Cic. Rarum genus. Et quidem omnia pracla-rara. de Amic. Id. Tibi & fuit hoc semper facillimum , & uero esse debuit. Ad Q. Frat. lib.1. ep.1. Et in uero.

Et quidem, amplificantis. καὶ δῆ.

4 Interdum [ & quidem ] uim habet au-gendi . Cic. Duo millia iugerum ei assigna-ti , & quidem immunita . 2. Phil. Id. Sed

Dra-

Draconem loquentem visus est audire, & Aut etiam  
dem ( quo maius sit ) cum radiculam ore spondi,  
ret, locutus est. 2. de Diu. Id. Me aspicis, & digesta  
dem, ut videris iratus. 2. Phil. Et poi . las confi

Et quidein pro Quid mirum? Etiam &c. in a  
5 Cic. Cruciatus est à Dolabella Treba Sesii; pe  
& quidem à Carthaginensibus Regulus.  
Phil.

### De Coniunctione ETI AM.

Cap. LV.

Etiam pro Insuper.

1 **E**tiam] ex [Et] & [Iam] confla  
esse apparet. Proinde coniunctio[  
præponi ei non solet. Sed pro [ & etiam ]  
mus, [ Atque etiam. ] Plerumque vim  
addendi. Cic. Voce, motu, forma etiam  
gnifica. in Brut. Id. Credo & hastabolla  
hil profuturas, etiam plus suspicionis in a  
mine futurum. 4. Ver. D'auantaggio; Id  
babilis Orator; iam vero etiam probat  
Brut.

Etiam Redarguentis. EITA.

2 Nonnunquam vim habet redargue  
Cic. Is mihi etiam quaritur se &c. Et poi  
menta. Id. At etiam me aspicis : & quid  
ut videris iratus. 2. Phi. Et anchora mig  
di? Lege [ At etiam. ]

Etiam, affirmantis.

2 Non raro vim habet affirmandi. O

A

*Aus etiam, aut non responde. 2. Acad. Id. Ri-  
spondi, si, ò nò. Id. Virum cetera nomina, etc.  
digesta habes, an non? Si non; quomodo tabu-  
las conficis? Si etiam; quamobrem hoc nomen,  
&c. in aduersarijs relinquebas? Pro Rosc. Cō.  
Se si; perchò causa?*

[ Etiam atque etiam ]

4 *Etiam atque etiam ] est [ Iterum atque  
iterum] Cic. te prorsus vehementer etiam at-  
que etiam rogo. Ad. Q. Fr. lib. 1. epist. 2. Quan-  
to so, & posso. Id. Etiam atque etiam qui id  
liceat, considerabunt. pro leg. Man. Id. Tu. quē  
admodum existimes, uide etiam atque etiam.  
Ver. Ben bene. Molto bene.*

[ Etiam ne .

5 *Etiam ne] tum admirationi seruit, tum  
etiam amplificationi. Plaut. Obscurto te, etiam  
neb. c negabis te, &c. Amph. Cice. Etiam ne  
Balbus in Senatum venire cogite? Att. 10. E  
possibile? Id. Etiam ne frumentum pro em-  
progratis dare? 5. Ver. Id. Etiam ne, in-  
quam, si in Capitolium faces ferre uellet? de  
Amic.*

*Etiam num; Etiam nunc, pro Adhuc.*

*Quod barbari dicunt ] Usque nunc.*

6 *Etiam num [sive] Etiam nunc [pro] ad-  
huc] usurpari solet. Cic. Si villa ratione etiam  
num efficere potes, ut id explices. Att. lib. 8. Sal-  
ui etiam nunc esse possumus. Pro Rosc. Am.  
Id. Quaritur etiam num, quis eum nun-  
cium miserit. Pro Mur. Id. Homines tam*

D in-

ingeniosos per tot annos etiam nunc statim non potuisse. &c. Pro Mar. Fin'ad hora. T. Etiam nunc hic stas Parmeno? Eun. Anctai qui?

80. Etiam tum, pro Etiam cūn, siue ut barbari, V s̄que tunc.

7 Etiam tum] pro [Etiam tunc] dici sol Ter. Narratque, ut virgo ab se integra etiam tum sit. Hecy. Fino all' hora. Cic. Cum etiam tum in lecto Crassus esset. 2. de Orat. Id. Ones etiam tum retinebant, illum Periclis cum. Ibid. Id. Cum isti etiam tum de Sto integratotares esset. 4. Ver.

Etiam si, absolute.

8 Etiam si ] vim habet augendi. Cic. Oria autem brevia tolerabilia esse debent: etiam si maxima sint. 1. Tusc. Per grandis fiano.

9 Etiam si, pro Etsi, cum Tamen, aut [certè ei nai].

Etiam si] pro [Et si] usitatum est. Etiam si non is esset, qui est: tamen ornari videretur. lib. 14. ep. 19. Id. Etiam si est in nere tolerabili, certè non est in optimo. de gen. Or. Ancorche. Ancorche sia. Id. tamen ipsa efflorescit ex amicitia: etiam si eam minus secutus sis. De Amic. Posto de Ancorche.

## De Coniunctione ET SI. καὶ.

## Cap. LVI.

Et si cum [Tamen, At, Attamen.

1 Et si] non solum Tamen adsciscit, sed interdum At, vel Attamen. Cice. Et si abest maturitas etatis; iam tamen personare aures eiusmodi vocibus non est inutile. lib. 6.ep. 19. Id. Et si magister eius Isocrates; at non Thucydides. In Orat. Id. Et si nequaquam parem illius ingenio; at pro nostro tamen studio meritam gratiam, debitamq; referamus. 3.de Orat.

Et si ] cum [Sed, Sed tamen , Ve- rumtamen .

2 Et si[ iungitur interdum cum ] Sed, Sed tamen , Veruntamen . Cic. Et si posuisti ioco versus Asianus, sed quae est inuidia? lib. 9.ep. 16. Se bene. Id Et si me quidem non offendunt, sed tamen cum discedunt, flagitant litteras.li. 15.ep. decimosettimo. Benche quanto à me. Id. Suaues tuas litteras; & si acerba pompa : verūtamen scire omnia non acerbium est.lib. 13.ep. 43.

Et si sine [Tamen.] καίτοι. Benche.

3 Cic. Et si id ipsum non nullis videatur fecus lib. 6.ep. Id. Benche questo stesso. Id. Coram considerabimus quale sit: habes enim deliberationem. Et si ex parte magna tibi

D 2 assen-

*assentior.libro 7.ep.3. Id. Do pœnas temen  
tis meæ. Et si qua fuit illa temeritas? All.  
9.ep.9.*

*De Præpositione E, uel EX.  
Cap. LVII.*

E, vel Ex, causa, à qua, vel propter  
quam res est.

**1** *E, vel [ex]causam sapè declarat effici  
tem.Teren, Grauida è Pamphilo et  
And. Peperit è Pamphilo.Ibid.Cic. Quan  
sigitur tum ex me doluisti: nunc ut duplice  
tuum ex me gaudium præstabo. lib.16.ep.2  
Per conto mio. Id. Ex te duplex nos affici  
licitudo, quod & tu Rep.careas, & illate.  
Brut. Per amor tuo. Id. Nos hic te ad mēsi  
Januarium expectamus ex quodam rumor  
an ex litteris tuis ad alios, missis? All.libro  
Per grido, ò pur per lettere? Id. Cumqu  
via languerem. 8.Phil. Trouandomi stra  
eo morto per il viaggio.Id. Domus meas  
ficiatur, ex autoritate Senatus pecunia pub  
ca.de Ar.Resp. Per ordine del Senato.*

**2** *Huc referenda sunt etiam illa [ Ex leg  
ex decreto, ex testamento, ex formula ] Pe  
vigore della legge, del decreto, del testa  
mento .*

E, uel

E, vel Ex, materiæ copulata.

3 Sepè materiam designant. Cic. Erat etiam vas vinarium ex una gemma pergran-  
di, trulla excavata. 6. Ver. D'vna sola pietra  
pretiosa. Id. Ennius in sepulcro Scipionum  
putatur esse constitutus è marmore. Pro Arch.  
Id. Simulacrum ex are, poculum ex auro. 6.  
Ver.

E, & Ex parti iuncta.

4 Interdum parti adhibetur. Cic. Laborat è  
renibus. 2. Tuscul. Id. Laborare ex pedi-  
bus. libro 9. ep. 23. Item [Ex oculis, ex ca-  
pite.]

E, & Ex, ad multitudinem, aut nume-  
rum relata.

5 Non raro ad multitudinem, aut nume-  
rum refertur. Cic. Tibi ex latronibus suis  
detulit principatum. 2. Phil. Fra i suoi, de°  
suoi. Id. Homo ex numero disertorum postula-  
bat, &c. 1. de Orat. Id. Ex intimis unus. libro  
13. ep. 3.

6 Item illa, Vnus è plebe: Vnus è multis, vel  
ex multis, Vnus ex omnibus.

E, & Ex, modus.

7 Alias modum declararant. Cic. Simplices  
& aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidijs  
agendum putant. 1. Off. Di nascosto, l'eri n-  
gandi. Id. Multi boni viri ex occulto inter-  
uenissent. Pro Cluen. Id. Voluisti ex im-  
prouiso, si quares nata essent, &c. decerne-  
re. 3. Ver. All'improuiso. Alla sptouista.

**D**i subito. *Liu. Ex insperato, repente miseri nobis hunc Scipionem. lib. 28.* Quando ma  
co si sperava.

**E, & Ex pro Secundum. nata.**

**E, & Ex aliquando ponitur pro [ Secun  
dum.] Conforme. Cic. Hunc statum cor  
ris maximè expertus, qui est è natura maxim  
i. de Ftn. Conforme alla natura. Id Nihil  
si ex optimo more, & sanctissima disciplina.  
*Phil. Id. Ex praeceptis Philosophiae acta vita  
Tusc. Secondo i precetti. Item illa ] Exi  
stitione, ex instituto.***

**Ex animo, Ex sententia.**

**Ex animo ] simulationi opponitur. Ciu  
Equidem dicam ex animo, quod sentio.  
Pis. Id. Re autem alienum hominem amo  
ex animo? Ad Q. Fr. libro primo, epist. 1. I  
cuore.**

**Ex sententia] idem est quod [ex volu  
tate] idest, ut volumus. Plaut. Bene obsonas  
& ex mea fñia. Menech. A gusto mio. Te  
Spero hanc rem euenturam nobis ex senten  
zia. Heaut. Cic. Te ex sententia nauig  
gaudeo. Att. . . . Secondo il desiderio tuo  
Id. Hac ex sententia confessa sunt. libro 11  
ep. 10.**

**E, uel Ex loco iuncta.**

**Sapissimè [ E] uel [ Ex] loco fernunt  
Cic. Epicuros tecum paucos è Gracia comp  
raret. i. de Nat. Deo. Sed exempla passim  
currunt.**

**E vel**

E vel Ex tempori iuncta.

12 Ex sāpē ad tempus præteritum accommo-  
datur. Dic. Nec vero usquam discedebam ex  
eo die, quo in Aedem Telluris conuocati su-  
mus. 1. Phil. Id. Ex ea die ad hanc diem qua  
fecisti, in iudicium voco. 3. Ver. Da quel tem-  
po in qua. Alias ad futurum. Cic. Vereor, ne  
ex Kalendis Ianuarijs magni tumultus sint.  
lib. ep.

Ex interuallo.

13 Ex interuallo] um ad locū, um ad tem-  
pus refertur. Liu. Multa, quæ ex interuallo non  
apparent, bellum aperit lib. 8. bel. Pun. Per lo-  
spatio di mezzo. Cic. Ille Latinus Atiniσ-  
tio. pōs ex interuallo regustandus est. Att. lib. 4.  
Di quando in quando.

14 Huc referenda sunt illa. [ Ex improuiso.  
Ex tempore ] Cice. Voluisti ex improuiso, si  
quares &c. decernere. 3. Ver. Alla sprouista.  
Id. Illud egregium Sestij, & ex tempore,  
Manus laua, inquit, & cœna. Senza pen-  
farsi.

Ex pro Post.

15 Aliquando usurpatur pro ] Post. Cic. Si  
quis antea mirabatur, &c. Ex hoc tempore  
miretur potius. pro Sext. δικ. τρ̄ ραῦ. Da  
questo tempo in poi. Da hora innanzi. Da  
hora in poi. Id. Cotta ex Consulatu profe-  
ctus est in Galliam. in Brut. Dopo il Con-  
solato.

Ex, ad priorem statum.

16 Nonnunquam ad priorem statum, conditionem, refertur. Teren. E seruo Lius. And. Di seruo. Cic. Nihil tam miserabile quam ex beato miser. Partit. Id. Sed repente homine, tanquam aliquo Circeo poculo, factus est Verres. 3. Ver. Id. Cur ex Oratore aratus factus sit. 2. Phil.

E, vel Ex, ad utilitatem. κατὰ.

17 Interdum designat utilitatem. Cic.ibus aut tribus Senatus consultiis è rep. facti. 3. Phil. κατὰ τὴν πόλιν. In fauore. Imitile. Id. Facis ex tua dignitate, & è republica. ad Brut. ep. 2. Tu fai per la riputazione tua, & per la Rep. Id. Statues, ut ex fiducia, reque mea videbitur. Att. lib. 5. Id. Statues ex nostra dignitate. lib. 5. ep. 8. In honore nostro.

## De Aduerbio EXTRA. 70

### Cap. LVIII.

**E**xtra contrarium habet [Intra.]  
Sola ne beata vita relinquunt  
tra ostium, limenque carceris? Fuc  
della porta, & della soglia. 5. Tusc. Id. Sen  
bus & animo, ea qua extra sunt, percipiunt  
2. de Nat. Deo.

2 Illa translata. Cic. Se extra omnem  
pam, & causam posuit. de Vniu. Id. Ex  
coniu-

coniurati  
Ne extra  
prodeas.  
hercule.  
7. epistol.  
dinem b  
gessit. Pr  
Id. Ext  
nostrum  
ver.

3 Non  
Extra co  
era, qu  
Leg. Da  
Id. Extra  
pitano i  
in tanto  
P. Clau  
quella, S

De

**E**

Nat. D  
trinsecu  
Id. Irr

coniurationem hunc esse dixisset. pro Syl. Id.  
Ne extra modum sumptu. & magnificentia  
prodeas. 1. Offic. Passi i termini. Id. Sed me-  
hercule extra iocum, homo bellus est. libro  
7. epistol. 16. Senza burla. Id. Extra or-  
dinem bellum cum Mithridate, Tigraneque  
gessit. Pro Do. Per priuilegio particolare.  
Id. Extra hanc contentionem, certamenque  
nostrum, familiariter tecum loquar. primo  
Ver.

## Extra pro Præter.

3 Non raro usurpatur pro [ Præter ] Cicer.  
Extra collegium Sacerdotum, ne quisquam sa-  
cra, quæ publicè essent constituta, nosset. 2. de  
Leg. Dal Collegio de' Sacerdoti in fuori.  
Id. Extra Ducem, paucosque prævere. Dal Ca-  
pitano in fuori. lib. 7 ep. 3. Id. Ciuis est nemo  
in tanto populo, extra contaminatam illam  
P. Claudi manum, qui &c. Pro Do. Fuor di  
quella, &c.

## De Aduerbio EXTRINSECVS.

## Cap. LIX.

1 **E**xtrinsecus aduerbium, cōtrarium ha-  
bet, intrinsecus. Cic. Ducunt extrin-  
secus spiritum pulmones, & cor. 2. de  
Nat. Deo. Di fuori. Id. Animos hominum ex-  
trinsecus esse tractos, & haustos. 1. de Diu.  
Id. Irrumpunt extrinsecus in animos nostros

D s per

*per corpus imagines nobis dormientibus. 2. A  
cad. Id. Cum Annibal columnam auream  
veller afferre, dubitauit utrum ea solida esse  
an extrinsecus inaurata. 1. de Diu. Di fuon  
via. Id. Corporum adiumenta adhibentur  
trinsecus, animorum salus inclusa in ipsis.  
4. Tusc.*

*De Ad*

*F Ere*

*au  
dum duc  
Off. Id. E  
dere. in E  
rè famili  
tutti. Si*

*lib. 7.  
2 Inter  
dere. Ci  
Deorum.  
co. Id. H  
lem. lib. 1  
dam prate*

*Fer  
3 Alia  
Hoc iam  
nil. Per  
etiam ab  
roque na  
Sapienti  
uestigant  
Tusc.*

## *De Aduerbio FACILE.*

### *Cap. LX.*

*1 Facile ( ut vulgatam eius significatio  
nem raseamus ) interdum usurpatum  
pro [ Sine controv ersia . ] Senz' alcun dubio  
Cic. Non solum sui municipij , sed etiam  
lius vicinitatis , facile primus. Pro Rosc. Am  
Id. Eudemus Platonis auditor , in Astrologia  
iudicio doctissimum hominum facile pro  
ceps. 2 de Diu. Senza contradditione.*

*Facile, cum superlativo.*

*2 Iungitur etiam cum superlativo. Cic. Vi  
rum unum totius Gracie facile doctissimum  
Platonem. Pro Rab. Posth. Id. Africani fra  
tris nepos vita omnium perditorum ita simi  
lis, ut esset facile deterrimus. Tusc.*

*De*

Dee Aduerb. FERE, & FERMEA  
Cap. LXI.

1 **F**ere ac Ferme imminuit nonnihil rem,  
aut numerum. Cice. Quemadmo-  
dum ducatur honestum, satis fere dixi. s.  
Off. Id. Ut ei nihil ferme quispiam possit ad-  
dere. in Brut. Quali niente. Id. Omnes fe-  
rè familiares Caesaris me colunt. lib. ep. Quasi  
tutti. Si può dir tutti. Hora fere nona. Att.  
lib. 7.

2 Interdum [ Fere ] videtur aliquid ad-  
dere. Cice. Hac fere babui dicere de natura  
Deorum. lib. 3. de Nat. Deo Poco più, ò man-  
co. Id. Hac erant fere, quæribi nota esse vel-  
lem. lib. 12. Ep. Significat enim pauca que-  
dam præterea fuisse.

Fere, & Fermè, pro Plerumque.

ως' ἐπὶ τὸ πολύ

3 Alias usurpantur pro ] Plerumque. Cic.  
Hoc iam fere sic fieri accepimus. Pro leg. Ma-  
nil. Per lo più, per l'ordinario. Id. Nunc  
etiam ab orationibus distingo me fere, refe-  
roque ad mansuetiores Musas. lib. 1. ep. Id.  
Sapientius enim cogitatio non fermè ad in-  
uestigandum adhibet oculos aduocatos. s.  
Tusc.

*De Aduerb. FORTE, & FORTASSE. iow. Cap. LXII.*

**F**orte & Fortasse, non tam origine, quam significacione, & usu differunt. For exim idem est quod ] Casu. Cic. Fortè euenuit in Priuernati essemus. 2.de Orat. Id. Cu Puteolos fortè venissem Pro Planc. A calo A sorte.

Fortasse (idē de fortassis, & forsitan dictum est) dubitationem continent. Cic. Hac epistolam verbosiorē fortasse quam vellū lib. 3. Forse, Per auuentura.

Si forte. Nisi forte, Ne forte. <sup>āpa.</sup>  
2 Quoties antecedit Si, Nisi, vel Ne. [ Fortè ] dicitur non [ Fortasse neque Forsitan. Cic. Si quis vestrum Iud. aut eorum, qui sunt forte miratur. 2.Ver. Id. Nisi forte magis erit parricida, si quis consularem patrem quam si quis humilem necauerit. Pro Mil. Id. Nè forte hoc magnum, ac mirabile videtur. 2.de Orat.

### Admonitio.

3 Si fortasse, Si fortassis, Si forsitan. Ita Nisi fortasse, Nisi fortassis, Nisi forsitan. Non fortasse, ne fortassis, ne forsitan, vitiosae sentur. Nisi, si quando multa verba interponantur.

Forsitan

Forsitan. Fortasse, anteoccupant.

4 Forsitan, & Fortasse nonnunquam anteoccupationi seruiunt. Cic. Forsitan quispiam dixerit, num ne igitur, &c. de Orat. Id. Forsitan quaratis, &c. Pro Rosc. Am. Id. Fortasse dices, quid ergo? hac in te sunt omnia? 1. Ver.

Admonitio.

5 Quoties accedit interrogatio, nō solet usurpari Forte, aut Fortasse, aut Forsitā, sed AN, vel NE. An credis? Credis ne? Credi tu forse?

De Aduerbio HACTENVS.

Cap. LXIII.

1 **H**actenus] ex Hac & Tenuis] factum [usque ad hunc locum seu terminū] significat. Virg. Hac Troiana tenuis fuerit fortuna secura. 6. Æn. Infin qui.

2 Plerunque usurpatur per translationem, pro[ Usque ad hunc locum Carminis, vel Orationis. Virg. 2. Geor.

Hactenus aruoru cultus, & sydera cæli,  
Nunc te Bacche canam.

Cic. Hactenus mihi videor de amicitia, quid sentirem, potuisse dicere. de Am. Fin qui. Id. Sed hactenus. lib. 6. ep. 2. Ma questo basti. Id. Hactenus fuit, quod à me scribi posset. Att. lib. 11. Quest'è quel tanto, che si potea scriuer da me.

Ha-

Hactenus ut, Quoad. Quod.

<sup>3</sup> Interdum adsciscit, Vt, QVOA  
QVOD. Cic. Praecepta dum taxat hactenu  
quirunt, ut certis dicendi luminibus ornent  
2. de Orat. Fino à questo termine. Per qu  
sto, & non per altro. Id. Hactenus existi  
nostram consolationem recte adhibitam e  
quoad certior ab homine amicissimo fieres  
de rebus. lib. 4 ep. 3. Id. Nunc autem hacten  
admirabor eorum tarditatē, &c. quod ea  
marvellam neget esse pulchriorem Plato. lib.  
de Nat. Deo.

## Admonitio.

<sup>4</sup> Cum, usque ad hoc tempus, significatur  
non solet Hactenus usurpari, sed Adhuc,  
[Adhuc.]

## De Aduerbio H A V D.

## Cap. LXIV.

Haudquaquam, Haud sanè.

<sup>2</sup> **H**AUD idem est quod NON. Cic.

Haud haeres est Cluentius. Pro Clue-

<sup>2</sup> Haud si adsciscat [Quaquam] aut [In-]  
ne] vehementius negat. Cic. Haud qua-  
id est difficile Crasso. 2. de Or. Non è pu-  
difficile. Id. Quorum pater homo prudens,  
grauius, hanc quam eloquens, saluti re-  
fuit. 1. de Orat. Id. Haud quam medius  
consilientum amicitia. de Am. Id. Rem  
sans

sane difficultem admirari videmini. de Am.  
Non punto difficile. Id. Haud erat sane  
quod quisquam ratione, ac doctrina requireret.  
3. Tusc. Non accadeua per certo.

Haud scio an, pro Fortasse.

3 Haud scio an] usurpatur pro[ Fortasse] cū  
verecunde aliquid, quod dubium esse posset,  
affirmare volumus. Cic. Vir sapientissimus, at-  
que haud scio an omniū præstantissimus. 2. de  
Nat. Deo. Id. Est id quidem magnum, atque  
haud scio, an maximum. lib. 9. ep. 15. Id. Ca-  
pessentibus Remp. nihil minus, quam Philoso-  
phis, haud scio, an multo magis etiam de-  
spicientia adhibenda sit rerum humanarum.  
1. Offic. Id. Atque haud scio, an ne opus sit  
quidem nihil unquam omnino deesse amicis.  
de Amic.

Haud paulo, pro Multo.

4 Haud paulo idem est quod [ Multo.] Cic.  
Nam haud paulo plus, quam quisquam no-  
strum delectationis habuisti. lib. 7. ep. 1. Id. Ci-  
uis haud paulo melior, quam isti nostri. Att.  
lib. 2. ep. 6.

## De Interiectione HEVS. Cap. LXV.

Heus tu, ex postulantis.

**H** Eus tu.] & si propriè vocantis est, ta-  
men interdum est ex postulantis, aus-

reprehendentis, aut vehementius aliquid monentis, aut declarantis. Cic. Sed heus mi  
Calari videor à te. ad Q. Fr. lib. 2. ep. 6. 0  
chc cosa è questa. Id. Sed heus tu, qui ka  
esse meorum scriptorum soles. lib. 16. ep. 17.  
Sed heus tu. Vides ne consulatum illum  
strum, quem &c. Att. lib. 1. ep. 12. O là, si  
ti quà, Non vedi tu?

### De Aduerbio HIC. εὐτὰῦθα, Cap. LXVI.

Hic pro Cum ita res se habet.

**H**ic] et si propriè aduerbium est loci, men per translationem ad res accommodatur. Ac sàpè significat, [Cum se res habeat. Cum res eo loci sit. ] Cic. E nos dubitatis, Iudices, tantam istius au ciam, tantam crudelitatem, tantam iniuriam vindicare? 4. Ver. Id. Hic mihi etiam. Fusi vir fortis, ac strenuus, amicus ma pacis commoda commemorat? Phil. 8. Hic miramur tantum hunc hominem, tam exellere ceteris? Proleg. Man. Paffani così le cose.

Hic, Hic iam, pro Nunc.

**N**on nunquam ponitur pro [Nunc,] pra tim cum [Iam] adsciscitur. Cic. Hic ego quod predicem, quibus rebus hic Consulem adi gerendam excitaris? Pro Sext. Id. Hic in pluta

plura non dicam. Fuit enim illud extremum.  
Pro leg. Man. Id. Hic iam de ipso accusatore  
quaro. Pro Sexti. Hora io domādo all'istesso.

Hic, Hic tum, pro Tunc.

3 Interdum usurpatur pro Tunc : nimirum  
cum ad tempus præteritum refertur. Cic. Hic  
illi flentes regare, atque orare cuperūt. ut &c.  
3. Ver. All'hora. In questo. Id. Hic Ca-  
tulus, & si heri, inquit, &c. 2. Acad. Id.  
Hic tum Fabritius, non modo ad me meos vi-  
cinos, & amicos non adduxit. Pro Cluen. Id.  
Hic tum alius ex alia parte. Enim uero, in-  
quit, &c. 3. Ver.

Hic etiam, indignantis.

4 Hic etiam] indignationem designat. Cic.  
Hic etiam priore actione Q. Hortensius pupil-  
lum Iunium venisse prætextatum quaestus est.  
3. Ver. Et poi si lamenta.

Hoc quo, pro Eo quo, seu Tanto  
quanto.

1 Hoc quo] pro[Tanto quanto] usitatum  
est, cum duobus comparatiuis. Cic. Hoc audio  
libentius, quo sapius. lib. 13. ep. 26. pro Plan.  
Cic. Certe hoc maius est testimonium amoris  
mei, quo maturius tibi, quam ceteris nuncia-  
ui. lib. 20. Tanto maggiore &c. quanto &c.

Hoc quod. Hoc quia, pro Eo quod,  
Eo quia.

2 Hoc quod, & Hoc quia, pro Eo quod, Eo  
quia,

quia eleganter usurpantur, cum intercedit  
paratiuum Cic. Consilio vestrovitar libent  
& hoc libentius, quod &c. Att.lib. 9. Id. Hinc est. V  
vehementius laor. quod ex ipso Messinio  
Pro Flac. Id. Quod hoc etiam admirabili  
videri debet, quia ceterarum artium studi  
&c. i.de Orat.

### De Aduerbio HINC ex teus. Cap. LXVII.

**H**inc propriè de loco dicitur, sed ad  
lias res transfertur. Cic. Nos autem  
hinc Roma qui veneramus, iam non hospi  
tes, sed peregrini. & aduena numerabi  
muntur. 2. Agr. Di quā da Roma. Id. Hinc  
nobis in calum profecti reperiuntur. 1. Taf.  
Id. Via, quae est hinc in Indiam 1. de Fin. D  
qui all' India.

**H**ec inquam propriè dicta. Illa translati  
Cic. Hinc omne odium, hinc omnis offensio. Pn  
Flac. Id. Hinc sica, hinc venena, hinc falsa  
stamenta nascuntur, hinc expilationes, dim  
ptionesque sociorum, 2. Off.

Hinc, & illinc, pro Hinc, & Inde.

**H**inc, & illinc, pro Hinc inde, elegante  
dicitur. Plaut. Hinc, & illinc exhibent mi  
hi negotium. Mostel. Di quā, & dilā. Cic. li  
fit, cum speculorum leuitas hinc illincq; altiu  
dinem assumpsit. de Vniu.

Ad.

Admonitio.

Hinc, & hinc poetum magis, quam orato-  
rium est. Virg. r. Æn.

Hinc atque hinc vastæ rupes.

Hinc inde, minime usitata sunt apud bonos  
Latinitatis autores.

De Aduerbio HAC, ILLAC.  
Cap. LXVIII.

Hac illac.

Ter. **H**ac illac circumcursa, inuenien-  
dum est tamen argentum.

Heaut. Per qua, per la.

Huc illuc.

Cic. Ne forte aut absim cum veniet, aut  
cursem huc illuc deterrima via. Att. lib. 9. Id.  
Erectum & celsum, huc atque illuc intueri.  
I. de Orat. Illud per translationem. Cic. Pars  
qua huc & illuc hominem rapit. I. Off. Qua  
& la.

Huc, vt, Huccine vt.

2 Huc propriè [ad hunc locum] sed interdū  
per metaphoram usurpatur. Cic. Rem huc de-  
duxit, ut &c. 2. Catil. Ridusse la cosa a ter-  
mine, che. Interdum pro [Huc] Huccine] di-  
cimus, cum interrogamus per indignatio-  
nem. Cic. Huccine omnia reciderunt: ut  
ciuis Romanus in provincia Populi Roman.  
&c. delegatus in foro cedereatur? 7. Ver.  
E pos-

E possibile? A questo termine sono ridotte le cose?

Hiccine, Hæccine, Hoccine.

*x. Hiccine, hæccine, hoccine, admiratione fere continent, aut indignationem. Cic. Hic ne est Telamon ille modo quem gloria ad alium extulit? 3. Tusc. Id. Hiccine vir panatus usquam nisi in patria morietur? Mil. Sarà mai questo. Dunque fia mai Teren. Hoccine credibile est, aut memoria le? And.*

### De Coniunctione 7 A.M. Cap. LXIX.

Iam, & Iam vero transitioni iuncta.  
*5. I Am & I am uero sape transitioni servii Cic. Iam quantum consilio, quam dicendi grauitate, & copia valeat. Pro Man. Id. Iam vero ita faciles adiutori priuatorum, ita libera querimonia de aliis iniurijs esse dicuntur. Ibi. Hor poi. In olt Iam a, Iam ab, præterito tempori iuncta.  
6. Iam tempori præterito iuncta, sape prætioni A, vel Ab, copulatur. Cic. Iam à pri adolescentia delectarunt. lib. 1. ep. 1. Id. Iam principio Romani nominis. Pro Bal. Fio principio. Id. Iam ab illo tempore, cum in manum mihi obuiam venisti. lib. 2. ep. Fda quel tempo che.*

Iam cum.

3 Iam] quoties tempus declarat, Cum, libenter adsciscit. Cas. Iamque ab eo non longius bidui uia aberat, cum duas venisse legiones missu Caesaris cognoscunt. lib. 6. de bel. Gal.

Iam nunc, pro Iam ex hoc tempore.

4 Iam Nunc] pro [Iam ex hoc tempore] seu pro eo quod barbari dicunt [Ex nunc] elegan tissime dicitur. Cic. Quæcum cogito, iam nunc timeo. 1. Ver. Fin da hora. Id. Iam nunc admodum me dilectant. Att. lib. 1. ep. 5. Id. Iam nunc mente & cogitatione perspicio, quantum studia hominum, qui concursus futuri sint. 1. Ver.

Iam tum, pro Iam ex eo tempore.

5 Iam tu, est quod barbari dicunt [ex tūc.] Cic. Qui omnes in Iudicijs publicis iam tum florente Rep. floruerunt. Pro Cluen. Id. Ita se iam tum geffisse prociae ijs temporibus, qua tie criminaris. Pro Arch. Fin dall' hora.

Iam tum cum.

6 Iam tum] sape assumit [Cum.] Cic. Eius libertum Apollonium iam tum equidem, cum ille uiueret, & magnificiebam, & probabā. lib. 13. ep. 16. Id. lactatea, quæ iam tum cum aderas, offendere eius animum, intelligebam. liò 1. episo. 9. Fino da quando tu eri presente.

Iamdiu præterito tempori iunctum.

7 Iamdiu plerūque præterito tempori adiū gitur.

gitur. Cic. Nam iam diu propter hyemis  
gnitudinem nihil noui ad nos asserebatur.

2.ep.13.Id. Conuentus qui initio celebrari  
tur, iam diu fieri desierunt. Att.lib.1.Vn  
po fa. Gran tempo è, che.

Iamdiu praesenti temporis copulatum  
8 Quoties actio adhuc durat [Iamdiu]  
sensi temporis iungitur. Cic. Per eos ipsos De  
de quorum religione iam diu dicimus. 7.  
Id. Ut se quem iamdiu plurimi facio, u  
inter uallore viderem. lib.15. Id. Iamdiu  
gitat. s. Ver. E gran tempo clie. Id. Iam  
hac tractantur à Grecis. 1. Acad.

### Admonitio.

9 Iamdiu [cum] Est, quod [coniungim  
let. Itaque pro] Iamdiu est, quod studet [  
[quod venit] dicendum est. [Iamdiu si  
Iamdiu venit. E gran tempo, che stu  
E molto che venne.

Iamdudum, & Iampridem.

10 Iam dudum ] longius spatium defi  
quam [Dudum] & Iam pridem [quam]  
dem. [Similiter ut] Iamdiu [Quamdiu]  
que etiam hac item ut [Iamdiu] &  
sens tempus, & ad prateritum accommo  
-tur. Cic. Quem iādudum Cotta & Sulpa  
expectant. lib. 2. de Orat. Id. Ea, quam iam  
dum tractabamus, stabilitas. de Amic.  
vn gran pezzo. Id. Qua miretur, iampride  
multis

Iam inde. Iam usque. 95

multa habet, nūc etiam quā laudet, expectat.  
Pro Marc. Id. Cupio equidem, & iam pridem  
cupio Alexandriam visere. Att. lib. Id. Iam-  
pridem intellexisti voluntatem meam. Att.  
lib. II. Id. Nam in me quidem iam pridem  
effectum est, quod futurum fuit. In Orat.

Iam inde A, vel Ab, pro Inde usque.

**Id.** Ego vero ne immortalitatem quidem appetiendam putarem, ne dum emori cum periclie Reipub. Pro Planc. **Id.** Vir priuatus vix continet, ne dum isti non conquisituri sint aliquid sceleris. **2.** Agr. In scelere religio non valeret, ne dum valeat id, quod imperitus adflescens &c. fecisse dicatur. Pro Do.

## Admonitio.

**15** **N**e dum] subiici non solet, nisi cum antecedit negatio. quod ex appositis exemplis apparet. Nam, cum affirmamus. [Non modo] au [Non solum] adhibetur. Cic. Secundas etiam res nostras, non modo aduersas pertimesebam lib. 4. ep. 14. **Id.** Vultus tuos mihi expressiones: non solum animum, ac verba pertulit. lib. 12. ep. 21. Nam ilud ex 7. lib. ep. (Era enim multo domiciliū huius urbis aptius humanitati tua, quam Peloponēsus, nedum p[ro]st[ra]) tacitam videtur negationem continent. Nedim. [raro] usurpatur in principio, pro] Nudicam [aut] Non modo. Cic. Nedum homini humiliū, ut nos sumus, sed etiam &c. Att. lib. 9. ep. 27.

Ne quidem, pro Nec quidem.

**16** **N**e quidem] usurpatur pro [Nec quidem] cum negando aliquid augemus. Cic. Ne sim illi quidem, id facere possem. Att. Ne mensio volessem. **Id.** Ne dici quidem opus est, quanta cum dimicatione ciuum. **3.** Catil. **Id.** Si non iudicabis, ne ad Catonem quidem pronocabu.

Att.

Att. 1.6. Id. Nefando quidem auditum est. 1.  
de Nat. Deo. Id. Deiotarus nunquam succumbet inimicis: ne fortuna quidem. Pro Deiot.  
Id. Victoriae iacturam ne minimam quidem facere vellent, ne Republica quidem postulante. 1 Off. Id. Ergo illi ne causa quidem itineris, etiam causa manendi. Pro Mil. Id. Non enim prætereundum est, ne illud quidē. 1 Ver.  
Ne manco quello.

Ne quidem, cum Nendum, vel Non modo.

17 Cic. Me quidem nihil istorum ne iuuenem quidens mouit unquam, ne dum senem, lib. 9. ep. 26. Id. Cui facile persuasi, mihi quod rogaret, ne licere quidem, non modo liberè lib. 13. ep. 19.

Admonitio.

18 Ne, cum [ Quidem ] ita coniungitur: ut semper verbum aliquod interponatur.

## De Coniunctione NE, Enclitica.

Cap. C.

**N**E Coniunctio Encliticæ, tum Interrogationi seruit, tum dubitationi. Cic. Putares ne unquam fieri posse, ut mihi verba deessent? Pensaresti tu forse, che potesse mai essere. Id. Tamen ne arbitraris id te posse obtainere? Pro Do. Tu pur ancora pensi. Id. Ut videamus satis ne ista sit iusta defensio. 1 Acad. S'ell'è giusta à balanza.

Ne,

Ne, An.

2 Sæpe post Ne, Encliticam subiicitur [An.] Cic. Romam ne venio, an hic maneo? an Arpinum? lib. 16. Vengomen'io à Roma, stommene qui, ò vo in Arpino? Id. Tn sunt autem: maneam ne Arpini, an propin accedam, an veniam Romam lib. 16. ep. 19. Id. Vnum nescio gratuler ne tibi, an timeam lib. 2. ep. 5. S'io mi congratuli, ò pur &c.

Ne, nec ne, Ne, an non.

3 Alias additur [Nec ne] vel [An non.] Quero enim, potuerit ne Roscius ex societate partem suam querere, nec ne. Pro Rosc. Com Domandate, si, ò nò? Id. Paribi transierit nec ne, prater te video dubitare neminem lib. 2. Teren. Sed is ne est, quem quero, non? H&c.

Admonitio.

4 Cum antecedat [Ne] Enclitica, non subiicitur Aut, sed An.

## De Coniunctione NEC, & NEQUE Cap. C I.

Nec, pro Non.

**N**ec] sape usurpatur pro [Non] Cic. Quo mortuo, nec ita multo post in Galliam proficiuntur. Pro Quint. Non molto dopo. Id. Nec opinatum patrocinium

à vo-

à vobis esse suscepsum. lib. 1. de Nat. Deo. Nō  
pensato. Id. Ei nec opinanti voluntatem tuā  
tuniam per litteras detulisse. lib. 13. Quando  
manco sc'l pensaua.

Nec nec, Neque neque.

2 Nec & Neque sāpe iterantur, etiam si an-  
tecedat negatio. Cic. Nec enim melior vir fuit  
Africano quisquam, nec clarior. de Am. Id.  
Neque absolutus, neque damnatus. lib. 8. epi.  
Id. Nulla enim vita pars, neque publicis, ne-  
que priuatis, neque forensibus, neque domesti-  
cis in rebus, neque si tecum agas quid, neque  
si cum alio contrahas, vacare officio potest.  
1. Off Id. Nullo loco dero, neque ad consolan-  
dum, neque ad leuandum fortunam tuam.  
lib. 5. epist. Id. Non medius fidius p̄ lacry-  
mis possum reliqua nec cogitare, nec scribere,  
Att. lib. 9.

Neque, nec.

3 Interdum Neque cum Nec copulatur.  
Cic. Neque opibus satis firmi, nec voluntate  
sunt. lib. 15. ep. 1. Id. Neque enim obscu-  
ris personis, nec paruis in causis res agitur.  
lib. 3. ep. 5.

Nec, et. Neque, et.

4 Alias [Nec] & [Neque] cum [&] iungun-  
tur. Cic. Furnium nostrum tanti à te fieri,  
nec miror, & gaudeo. lib. 10. ep. 1. Id. Nec à  
me alieni, & tibi amicissimi. lib. 4. ep. 6. Id.

Homo

*Homo nec meo iudicio stultus, & suo valde prudens.* 1. de Orat.

Nec, sed. Neque, sed.

5 *Alias [Sed] assumunt.* Cic. Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem viam, atque vietus lib. 9. ep. 24. Id. Neque Respublica Consules haberet, sed mercatores prouinciarum. lib. 1. ep. 9.

Nec dum, Neque dum.

6 *Nec dum] & [Neque dum] est quod insulse dicitur [Et non dum.]* Cic. Cassius impetas litteras misit: nec dum Bibuli erant alatae. Att. lib. 6. Id. Neque dum Roma es prefectus. Att. lib. 14. Ne ancora.

Nec enim. Neque enim.

7 *Nec enim, & Neque enim, usurpan eleganter pro [Non enim.* Cic. Nec enim illa primavera est. de Am.

*Id. Neque enim hoc possum negare.* 5. VV.  
*Id. Neque enim sunt isti audiendi, qui &c.* 1. Amic.

Nec vero. Neque vero.

8 *Nec vero [Neq; vero] interdum grauius negant.* Cic. Nec vero illum similiter, atque se eram, commotum esse vidi. 1. Phil. Et à di il vero, non era già egli.

*Id. Neque vero mihi quicquam praestabilius videtur &c.* 1. de Or. Ne in vero.

9 *Sape seruiūt Anteoccupationi.* Cic. Nec ro tibi de versibus respondebo. 2. Phil.

*Id. Neque vero istis tragœdijs tuis, q<sup>ue</sup> bus*

bus uti Philosophi maxime solent, Crasse perturbor. lib. 1. de Or. Id. Neque uero hoc solum dixit, sed ipse & sensit, & fecit. Ibi.

Nequaquam, & Neutiquam.

10 Nequaquam [ & ] Neutiquam [ vobemen  
tius negant. Cic. Nequaquam ista amicitia  
est. 1. de Fin. Non è già , Non è altrimenti.  
Id. Nequaquam satis explicate sunt. 1. de Na  
tur. Deo. Id. Cui te socium neutiquam puto es  
se oportere. Att. lib. 1d. Indissolubiles vos qui  
dem esse non potestis: neutiquam tamen dis  
soluemini , de Vniu. Teren. Neutiquam esse  
officium liberi puto. Andr. In modo niu  
no. Fer conto niuno.

## De Pronomine NEMO. Cap. CII.

Nemo qui. Nemo qui non .

1 **N**emo] interdum cum [ Quin ] aut  
[ Qui non ] iungitur. Cic. Nemo est,  
quin cogite, quam si meuendus  
iratus, uictor, armatus. lib. 6. ep. 4. Id. Adhuc  
neminem noui Poetam, qui si non optimus  
videretur. s. Tusc.

Nemo, nisi.

2 Alias cum [ Nisi. ] Cic. Quorum nemo Cō  
fularis habitus, nisi qui animo exitit in Rēp.  
Consulari lib. 10. ep. 6. Id. Nocere tamen ne  
mini potest, nisi ei, qui eam recipit, eaque de  
lellat. mr. de Amic.

Nemo, præter.

3 Nonnunquam cum [Præter.] Cic. Amicūm ex Cōsularibus tibi neminem esse video, præter Hortensium. lib. 1. ep. 5. Id. Sed hæc præter me, nemini videntur. Att. lib. 1. ep. 1.

## De Aduerbio NEMPE. Cap. CIII.

Nempe in princip. pro Certe.

1 Nempe] in principio est [Certe, aut Sci licet. [Cic. Nempe, eum dicis, qui &c. In Brut. Si si t'intendo, tu vuoi dir colui. Id. Nempe ita dicis propter decumas. 5. Ver. Id Nempe igitur ea restant, qua. Partit. Si tam pecuniam Flacco dat; nempe siccirco. Pro Flac. Id. Sed effugi insidias, nempe in conspectum Antonij veniendum est. 2. Phil. Per certo.

Nempe, pro Nonne.

2 Interdum interrogat, atque usurpatur pro [Nonne.] Plaut. Nempe hic tuus est? Ruden. Id. Nempe iubes? Menech. Cic. Nempe negas ad beatam vitam satis esse virtutem? 5. Th. sc. Tu lo nieghi, non è così?

Nempe, approbantis.

3 Nonnunquam in responsione est approbātis. Plaut. Bene ego illi volo facere, si tu non abnus. P. Nempe, de tuo. Trinum. Si: ma del tuo. Id. Apud Archilochum ego ero argentarium. D. Nempe in foro. Cic. At huius annis

Tudi-

Tuditanus ille nobilis : nempe ille, qui &c. 3.  
Phil.

Nempe, interrogatio*n*i subiectum, vim ha-  
bet amplificandi.

4 Sape interrogatio*n*i subiicitur. Cic. Legio-  
nes abducis à Bruto. Quas? nempe eas, quas  
ille ab Antonij scelere abruptit. 10. Phil. Id. In  
qua tandem urbe hac homines stultissimi di-  
sputant? nempe in ea, qua &c. Pro Mil. Id.  
Gn. Pompeij Consulatus, quibus in actis conse-  
tit, nempe in legibus. 1. Phil. Id. At quo tem-  
pore futurum est? nempe cum &c. 7. Ver. Per  
certo.

### Admonitio.

5 Nempe] pro[ Id est] raro admodum usur-  
pari solet in explicatione, aut enumerations  
multarum rerum: sed eius loco [ Nimirum ]  
aut[ Videlicet] usurpatur. Cic. Opinor esse in  
lege, quam ad diem prescriptio*n*e*s*, venditio-  
nesque fiant. nimirum ad Kalen. Iunias. Pro  
Rosc. Am. Lege] Nimirum & Videlicet.

## De NIHIL. Cap. CIV.

Nihil, pro Non.

**N**ihil interdum usurpatur pro[ Non.]  
Cic Nihil dico, quis fuerit ille Bru-  
tus. 1. Phil. Id. Beneficio isto legis  
nihil utitur. 2. Agr. Id. Hoc tamē opus in aper-  
tum ut referas, nihil postulo. Parad. Non ti  
domando.

G 2 Nihil,

Nihil, nisi.

2 *Nihil sapissime assumit [Nisi] Cic. Nihil labore, nisi ut saluus sis. lib. 10. ep. 6. Id. Nihil video, quod timeam, nisi quod omnia sunt incerta. Att. lib. 9. ep. 15.*

Nihil, præter. Nihil præterquam.

3 *Interdum [Præter.] Cic. Ut si Roma sis, nihil te præter tua delectare possit. lib. 4 epist. 4. Liu. Cum Valero nihil, præterquam de lege loqueretur. lib. 2.*

Nihil aliud, nisi. Nihil aliud, quam.

4 *Nihil aliud, nisi] usitatissimum est. Cic. Nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt. Pro Rosc. Am. Non fecero altro, che rapportare la cosa. Id. Nihil aliud me consolatur, nisi quod illum non arbitror, &c. Att. Id. Nihil dicam aliud, nisi verebor, ne quando tibi ego molestus sim. Ad Q. Fr. lib. 2. ep. 9.*

*Aliud quam] minus usitatum est apud Ciceronem: apud Casarem, & alios frequentius. Cic. Agitur enim in hac causa Quir. nihil aliud, quam ut nullum sit post hac in Rep. consilium. Pro Rab.*

Nihil, ne quidem.

5 *Nihil] quamuis assumat [Ne quidem] vim tamen negandi retinet. Cic. Mirabat nihil allatum esse, ne rumoris quidem. Att. lib. 9. ep. 1. Ne meno di bisbiglio. Id. Ad eas ego litteras nihil scripsi, ne gratulandi quidem causa. Ad Quint. Frat. lib. 3. ep. 1. Ne meno per congratularmi.*

Nihil,

Nihil, quin. Nihil, quod non.

6 Cic. Nihil pretermisi quadam epistola, quin enucleate ad te perscriberem. Ad Q. Fr. lib. 3. ep. 3. Id. Nihil est, quod non timendum sit. Att. lib. 2. epist. 17. Id. Ego nihil pretermisi, quin Pompeium à Caesaris coniunctione auocarem, 2. Phil. id est [Quominus.]

Nihil, quominus : quamobrem non.

7 Cic. Nihil affertur, quo minus summa supplicia nobis timenda sint. Brut. epist. 17. Considerare debes, nihil tibi esse committendum, quamobrem eorum, quos laudes, non te simile prabeas. lib. 6. ep. 13.

Nihil cur, quare, quamobrem.

8 Cic. Quod ego cur nolim, nihil video. lib. 9. ep. 6. Non veggo, per qual cagione non debba io volere. Id. nihil est cur te aduentibus offerre gestias. lib. 6. epist. 21. Non accade, che tu. Id. Mibi quidem nihil in mens tem uenit, quare id putem fieri posse. lib. 11. ep. 24. Id. Nihil excogitem, quamobrem Oprianico damnari necesse sit. Pro Cluen. Id. Nihil est enim, quamobrem nihil percipi posse uideatur. 5. de Fin. Non v'è cagione, per la quale.

Nihil minus.

9 Id. Nihil minus velim, quam Pomponiā, & puerum uersari in timore ruina. Att. lib. 2. ep. 4. Non è cosa, ch'io meno voglia.

Nihil, cum Comparatio.

10 Nihil, eleganter etiam cum locis, & perso-

*nihil comparatur. Cic. Nihil alius, nihil amoenius. Att. lib. 4. Il più fresco, & ameno luogo del mondo. Id. Tyronem agrum Patris reliqui, adolescentem probum, nihil vidi melius. Att. lib. 7.*

Nihil potius, Nihil antiquius.

*11 Nihil antiquius, Nihil potius, eandē vim habent. Cic. Nihil mihi potius fuit, quam ut Massinissam conuenirem. lib. 6. de Rep. Id. Ut omnes intelligerent, nihil sibi antiquius amicitia nostra fuisse. Att. l. 2.*

Nihilo cum Comparatiuo.

*12 Nihilo] semper cum comparatiuo copulatur. Cic. Nihilo beator Iuppiter, quam Epicurus, dempta aeternitate. 2. de Fin. Id. Nihilo diligentior esse ad classem ornandam, cœpit. 7. Ver.*

Nihilo magis, Nihilo minus.

*13 Cic. Sed ea sumitis, quibus concessis, nihilo magis efficitis, quod vultis. lib. 2. de Diu. Id. Ut enim qui dimersi sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt si non longe absint à summo. 3. de Fin. Id. Minus dolendum, re nō perfecta: sed puniendum certe nihilo minus. Pro Mil. Id. Quo non a scripto, nihilo minus baredicaueretur. lib. 2. de Inu. Id. Legati proficiscantur: bellum nihilo minus paratur. Pil. Non punto meno di quel, che si fa.*

Admonitio.

*14 Nihilo minus pro [Tamen] cum antece-  
dit*

## Nihilo.Nimirum. 151

dit[Et si, Quanquam] aut aliquid simile, us  
tatum non est

is Nihilo minus tamen [non temere usur-  
pandum.

## De Aduerbio NIMIRVM.

### Cap. CV.

**N**imirum, ex Ni, & Mirum factum  
uidetur, ordine inuerso pro Mirum  
ni.usurpatur pro[ Certe, Videlicet,  
Scilicet.Cic. Nimirum igitur, ut in causis, sic  
in agritudine &c. Tusc. Id. Hoc nimirum est  
illud, quod de Socrate accepimus. 1. de Diu.  
Id. Itaque nimirum hoc illud est, quod Caesar  
scribit in ea epistola. Att.lib. 9. Sed nimirum  
mains est hoc quiddam, quam homines opi-  
nuntur primo de Oratione. Id. Et nimirum  
is princeps ex Latinis ista tractauit. In Brut.  
Id. Hac enim est Tyrannorum uita, nimi-  
rum in qua nulla fides. de Amic. In vero.  
Per certio.

## De Aduerbio NIMIVM.

### Cap. CVI.

**N**imium] sape aduerbum est, idemque  
declarat, quod Nimis. Cic. Nemo  
nimium beatus est. 5. de Fin. Id. Nimium

diute Imperatorem, illa sua Manliana ch-  
stra desiderant. 1. Catil. Id. Ne autem nimium  
multi pœnam capit is subirent, idcirco illa for-  
tito comparata est. Pro Cluent. Troppi. Id  
Quod uos interdum, uel nimium sape dici-  
atis. 2. de Fin. Id. Verbis effervescentibus, &  
paulo nimium redundantibus. 2. de Orat. Un  
poco troppo.

## Nimium quantum.

2 Nimium quantū [est] Mirū quantū. [Cic.  
Sales, qui in dicendo nimium quantū ualent. 2.  
de Ora. Id. Sed differre inter honestū & turpe,  
nimium quantū, nescio quid immensum. lib. 4.  
de Fin. Tanto, che non si può dir più.

## Nimio plus.

3 Nimio plus] significantius est, quam Ni-  
mium. Cic. Sed quia nimio plus te diligo. Att.  
lib. 10. Tanto, che è troppo.

## De Coniunctione NISI.

## Cap. CVII.

1 **N**isi[ proprie est] Si non. Cic. Nomen i-  
dicum amitteremus, nisi ex his ipsis  
causis iudicabimus. Pro Cluen. Id. Domitius  
(nisi me omnia fallunt) de se incredibilitus  
pertinuit. Att. lib. 1.

Nisi, pro, Præter, vel Præterquam, vel  
Verumtamen.

2 Interdum pro Præter usurpatur. Cic. Ne-

gat enim quemquam virum bonum esse, nisi sapientem. de Amic. Id. Quem unquam ciuem Senatus, nisi merationibus exieris commendauit. Pro Seſt. Id. Quid inquam tum agimus, nisi animum ad se ipsum vocamus? I. Tusc. Che facciamo altro, che chiamarlo à se stesso? Id. De re nihil possum iudicare, nisi illud mihi persuadeo. lib. 13. ep 73. Se non che. Id. Sed hoc primum sentio. nisi in bonis amicitiam esse non posse. de Am. Fuor che ne i buoni. Cic. Omnino hac eodem modo ex hac parte finit, nisi illud era infinitum. Att. lib. 11. ep. 6. Cato. Eodem modo anserem alito, nisi prius dato bibere. cap. 89. Ma però. Teren. Quo pacto, aut vnde hac hic rescivit? D. Nescio, nisi me dixisse memini. Se non che.

## Nisi quod.

3 Cic. Cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt, nisi quod in Philosophia uehementer ab eo dissentio. lib. 13. epist. 1. Id. Hoc me delebit, nisi quod ergo. Attic. lib. 1.

Nisi ut, Nisi ne.

4 Cic. Quid est aliud, quod nos patroni facere debeamus, nisi ut eos qui insectantur, repellamus. Pro Cal. Id. Tum neminem ducebat, nisi ut uirum à uiro lectum esse diceret. Pro Mil. Id. Quicquam ne me putas curare, nisi ut ei ne desint: lib. 13. ep. 20.

Nisi si, pro Nisi.

5 Nisi ) interdum adsciscit [ si ] elegantie  
G s causa.

*causa. Teren.* Nisi si id est, quod suspicor,  
Aliquid monstri alunt. *And. Id.* Nisi si me  
in illo credidisti esse hominum numero, Se-  
già. *Adel. Cic.* Miseros illudi nolunt, nisi si se  
iactant. *2. de Orat.* Se però.

Nisi quis, Nisi si quis.

*6 Pro [Nisi aliquis] Nisi quis, vel Nisi si quis* [eleganter dicitur]. *Cice.* Nisi quis nos  
Deus respexerit. *Att. lib. 1. Id.* Nisi quid de  
Epaminonda suspicari licet. *In Brut.* Nisi ve-  
ro, si quis est, qui Catilina similes, cum Catili-  
na sentire non putet. *2. Catil. Id.* Nisi, si quid  
erit &c. *Att. lib. 1.* Se però non ci farà qual-  
che cosa, &c.

Non nisi. Nisi non.

*7 Plan.* Non loquar, nisi pace facta. *Amph.*  
*Cice.* Quoniam tu, nisi perfectare, de me non  
conquisti. *lib. 1. ep. 1. C&f.* Iurauit se, nisi vi-  
ctorem, in castra non rediturum. *lib. 3. de Bel.*  
*Ciu.* Non prima che.

Nisi forte, & Nisi uero.

*8 Nisi forte* ] & [nisi uero] in principijs,  
fere Ironia seruiunt. *Cic.* Nisi forte volumus  
Epicureorum opinionem sequi. *de Fat.* Se già  
noi non vogliamo. *Id.* Nisi forse magis erit  
parricida, si quis consularem patrem, quam si  
humilem necauerit. *Pro Mil. Id.* Nisi uero  
existimamus dementem P. Africanum fuisse,  
qui &c. *pro Mil. Id.* Nisi uero paucos fuisse pu-  
tatis, qui &c. *Pro Flac.* Se però noi non pen-  
sate &c.

De

## De Coniunctione NON.

## Cap. CVIII.

Non at, Non sed Non verum.

1 **N**on] assumit sàpè [ At, Sed, Verum ] Cic. Non ualuit rebus ijsdem, quibus forte nonnulli : at ualuit assiduitate, at ualuit seruandis amicis, ualuit liberalitate. Pro Planc. Id. Tantum dicam non mihi exercitum sed duces defuisse. lib. I. ep. 9. Id. Erant præterea duo signa non maxima, uerum eximia uenustate. 6. Ver.

2 Interdum additur [ Certe ] aut [ Tam  
en ] Cic. Tum poterimus deliberare, nō qui-  
dem integrare, sed certe minus fracta. Att. li.  
9. epist. 9. Id. Tenenda sunt sua cuique non ui-  
tiosa, sed tamen propria. 1. Offic. Non già difet-  
tose: ma però .

Non, etiam.

2 Alias adsciscit [ Etiam ] Cic. Sed eius modi tamen infantia : ut ea, qui utantur, non stulti homines haberi possint, etiam plerumque prudentes. In Orat. extr. Anzi d'auan- taggio.

Non dico, sed . Non dicam, sed .

3 Cice. Magna eius in me non dico officia,  
sed merita. libro 11. ep. 17. Id. Repugnarem  
potius cum summo non dicam exitio, sed pe-  
culo certe vestro. Pro Sexti. Id. Magna que-

G 6 rela,

reba, & gemitu non dicam bonorum, sed plane omnium hominum. Att. lib. 4. ep. 3. Id. Non dicam complecti orando, sed percensere numerando. Post redditum in Sen. Id. Ut ea, non dicam comprobes, sed studiose libenterque comprobes. Att. lib. 16. ep. ult.

Non quin, pro non quod non.

4 Cit. Non quin considerem diligentia tua, sed rei non magnitudo mouebat. lib. 16. epist. 24. Non ch'io non mi fidassi. Id. Non quin possint multi esse prouinciales uiri boni, sed hoc &c. Ad Quint. Fr. lib. 1. ep. 1.

Non quin, sed quia, vel sed quod.

5 Cic. Non quin rectum effet, sed quia multo rectius fuit &c. Att. lib. 7. ep. ult. Id. Non quin ab eo ipse disseniiam, sed quod ea te sapientia esse iudicem, ut &c. lib. 4. epist. 7. initio. Non perch'io sia di diverso parere, ma perche &cxt.

Non quod, sed quod, uel sed quia.

6 Cic. Non quod sola exorcent, sed quod excellant. In Ora. Id. In quo ego non quod libenter male audiam, sed quia causam non libenter relinquo, &c. 2. de Orat.

Non quo, sed . Non quo, sed tamen.

7 Non quo] sape usurpatur pro [non quod] inseguente [Sed, uel Sed tamen. ] Cice. Non quo ca sit mihi quicquam carius, aut esse debet, sed desperatis &c. Attic. lib. 16. epi. 14. Non perche. Id. Non quo illa Lelij quicquam sit dulcior, aut &c. Sed multo tamen

uetu-

uetustior, & horridior ille, quam Scipio. In  
Brut.

Non quo, sed quod, vel quia.

8 *Etiā sequente [Quod] uel [Quia.] Cic.*  
Non quo ego certo scirem, sed quod non diffi-  
ciliſ erat coniectura. lib. 6. epist. 4. Id. Quam  
ui conserues, non quo de tua constantia dubi-  
tem, sed quia mos est ita rogandi, rogo. lib. 12.  
ep. 17. Non che, ma perche.

Non quo, Sed, ut, vel, Verum quia.

9 *Alias sequente, Sed ut, aut, Verum quia.]*  
Cic. Non quo haberem magnopere quod scri-  
berem, sed ut loquerer tecum absens, Att. lib.  
4. epist. 4. Non che io haueſſi piu che tan-  
to, che ſcriuerti. Id. Non quo idem ſit ſer-  
nulus, quod familia; verum quia non qui-  
bus verbis quidque dicaiur, quaritur, sed qua-  
res agatur. Pro Cæcin. Non perche ſia &c.

Non ſi, propter ea, uel, Iccirco.

10 *Cice. Non enim ſi ſine patribus filij eſſe*  
*non poſſunt, propterea. Topico. Id. Non ſi Opti-*  
*mium defendisti Carbo; idcirco te iſti ciuem*  
*bonum putabunt, ſecundo de Orat. Non pe-*  
rò &c.

Non modo, ſed uix, ſed etiam, uerum  
etiam.

11 *Non modo, & [neque modo] adſcifcit.*  
[Sed vix, Sed etiam, Verum etiam. Cic. Ita  
que mihi venire in mentem nibil potest, non  
modo quod ſperem, ſed vix iam, quod audeam  
optare. libro 4. ep. 1. Id. Tenebat non modo  
auibe-

authoritatem, sed etiam imperium in suos. de  
Sent. 1d. Non modo dignitas nulla erat, sed e-  
tiam summa deformitas. lib. 16. ep. 6. Id. Ne-  
que auxilium modo, verum etiam praesidium  
pollicentur pro Mil.

Non solum, sed; sed etiam, sed quoque,  
verum etiam.

12 Non solum [ iungitur cum ] Sed, Sede-  
tiam, Sed quoque, Verum etiam. Cic. Qui om-  
nibus negotijs non interfuit solum, sed prae-  
fuit. lib. 1. ep. 6. Id. Non solum fortuna caca est, sed  
eos etiam plarunque efficit cacos, quos complexa  
est de Am. Id. Dixi non solum re, & sententia,  
sed verbis quoque. Pro Cecin. Id. Non Poeta  
solum suavis, verum etiam catoquin doctus.  
lib. 1. de Natu. Deo. Id. Neque id solum mea  
sponte, sed multo etiam magis monente, ac de-  
nunciante te. lib. 4. ep. 3.

Non modo non, sed etiam, verum  
etiam.

13 Non modo non [ iunctum cum ] Sed e-  
tiam, Verum etiam [ idem est, quod ] Tan-  
tum abest ut. ] Cic. Dies non modo non leuat  
luctum hunc, sed etiam auget. libro 3. epist.  
15. Id. Ex tuis litteris non modo non vestin-  
etum bellum, sed etiam inflamatum vide-  
tur. lib. 11. ep. 12. Id. Tu id non modo non pro-  
hibebas, verum etiam approbabas. Att. lib.  
36. ep. 6.

Admonitio.

14 Videndum, ne temere altera negatio, tu  
requiri-

requiritur, omittatur. Neque enim rectè dicere tur, Tu id non modo prohibebas, uerum etiam approbabas, & alia eodem modo.

Non modo, sed ne quidem, pro Non dico.

15 Non modo, pro [non dico] interdum as sumit [Sed ne quidem.] Cic. Non modo digni tatis, sed ne libertatis quidem partē reliquit, lib. 1. ep. 9. Id. Nullam partem suorum meritorum non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum. lib. 1. ep. 8. Id. Ego nullum locum omitto non modo laudandi iui, sed ne ornandi quidem. lib. 12. ep. 24. Id. Nunc non modo agendi rationem nullam habeo, sed ne cogitandi quidem. libro 4. epist. 24 Nec quicquam post hac non modo tantum, sed ne tantulum quidem prateriesis. Att. lib. 5. ep. 27. Non dico tanto, ma ne pur tantino.

Non modo non, sed ne quidem.

16 Non modo non, sed ne quidem] usurpa ri solet pro [Tantum abest.] Cic. Cuius rei non modo non præterijt tempus, sed ne maturū quidem etiam nunc meo iudicio fuit. lib. 1. o. ep. 10. Id. Non modo ut non præcesset unius negotio, sed etiam ut ne interesset quidem. lib. 13. epi. 29.

Non modo, pro Non modo non,

17 Interdum tamen [non modo (ut Fa-  
lus Manutius obseruauit lib. i. ep. fam. ep. 9.)]  
usurpatur pro non modo non.] Cice. Regnum  
non

*non modo Romano homini , sed ne Persæ quidem tolerabile.libro 10.epist.6. Id. Mibi non modo irasci , grauissima iniuria accepit , sed ne dolere quidem impune licet . libro 11.epist. 24. Neque solum in scientiam meam , sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit.lib.1. de Orat.*

*Non modo , postpositum pro nedium , aut ne dicam .*

**18** *Interdum [ non modo ] subiicitur pro [ nedium. ] Cice. Quos clientes nemo habere velit , non modo esse eorum cliens. 2. Phil. 1d. Nullum meum minimum dictum , non modo factum pro Casare intercessit , quod ille &c.lib. 1.ep.9. 1d. Nihil prætermissum , quod non habe ret sapientem excusationem , non modo probabilem. Att.lib.8. Non che .*

*Alias , pro [ ne dicam. ] Cic. Magis hercule quam vellem , non modo , quam putaram. libro 2.ep. 19. 1d. Secundas etiam res non modo aduersas pertimescebam . libro 4.ep. 4. Per non dire.*

*Non solum , postpositum .*

**19** *Non solum ] interdum subiicitur , item ut [ non modo ] pro [ ne dicam. ] Cice. Vultus suos mihi expressit omnes non solum animum , ac verba proiulit.lib. 12. ep. vlt. 1d. Vt ipse etiam sibi , non ijs solum , qui aderant , displicebat.lib. 2.ep. 21.*

De Pronomine *NULLUS*.

## Cap. CVIII.

**N**ullus] dictus quasi [non ullus] latius patet quam [nemo.] Quippe [nemo] de hominibus tantum dicitur. [Nullus, nulla, nullum] de rebus omnibus.

Nullus, pro, Non.

2 Nullus] interdum pro [non] usurpatur. Teren. Memini, tametsi nullus moneas. Eun. Quantunque tu non me lo ricordi. Plau. Is nullus uenit. Bacchid. Cic. Philotimus non modo nullus uenit, sed ne per litteras quidem, aut per nuncium certiore me fecit. Att. lib. 12. Idest, nondum uenit. Non solamente non è mai comparso. Id. Quod nisi fecisset; remp. quā nunc vix tenemus, iam diu nullam haberemus. 1. de Orat. Id. Miseri ob id ipsum. quia nulli sunt. 1. Tusc. Perche non sono.

Nullus, pro, Nullius momenti.

3 Alias] Nullus [est Nullius momenti.] Cic. Ex eo tempore uir illa summus, Imperator nullus fuit. lib. 7. ep. 9. Non fù Imperator d'alcun ualore. Id Ne illa quidem qua nulla esset, esse lex putaretur. Pro Dom. Id. Ad misericordiam, seu nullam potius rempu. Att. lib. 14. Id. Copias, quas nullas habemus. Att. lib. 14. Id. Igitur Titias & Apuleias leges nullas putas? 2. de leg. Penfi, che non uagliano?

Nullus,

Nullus, nisi; extra; præter.

**4** Iungitur sape [Nullus] cum [Nisi, Extra, Præter, præterquam. Cic. Statueram nullas tibi litteras mittere, nisi commendatitias. lib. 5. ep. 5. Id non ti mandar altre lettere, che di raccomandatione. Id. Nullus est igitur numerus extra poeticos. In Orat. Fuor de' poetici. Id. Ad quas litteras tibi rescribi velis, nescio: nullas enim acceperam, præter eas, &c. lib. 5. ep. 3. ad Att.

Nullus, quin: qui non: in quo.

**5** Cic. Dies fere nullus est, quin hic Satyrus domum meam ventitet. Att. lib. 1. ep. 1. Non è quasi mai giorno, che non venga. Id. Nullum intermisi diem, quin &c. Att. lib. 6. Id. Nulla est acerbitas, quanen omnibus impendere videatur. lib. 2. ep. 16. Id. Nullum bellum ciuile fuit in quo &c. de Proh. Cons. Non v'è stata guerra &c.

### De Coniunctione NUNC. Cap. CX.

Nunc cum, Nunc dum, Nunc quando.

**N**unc, sape adsciscit ] Cum, aut Dum, aut Quando Ferent. Nunc cum fine magno interimento non potest haberi. Heaut. Hora che. Id. Sineres nuc facere, dum per etatem licet. Adel. Cic. Nunc quando mihi ab amico officiosissimo tantum oneris imponitur. lib. 13 ep. 56.

Nunc,

Nunc, tum. Nunc, olim.

2 *Alias assumit] Tum, aut Olim. Cic. Tu illum animum nunc adhibe queso, quo me tū oportere esse censebas. lib. 6. ep. 1. Teren. Ex sua libidine moderantur, quæ est nunc, non quæ olim fuit. Heaut.*

Nunc pro Modo.

3 *Interdum usurpatur pro modo. Cic. Nūc reus erat apud Crassum, diuitem Vectius de vi. Att. lib. 1. Id. Vidi nuper & nunc videbam de ea re. In Brut. pur hora.*

Nunc iam.

4 *Nunc iam ] Cic. Nunc iam sum expeditus. lib. 12. ep. 12. Gia hormai sono sbrigato. Id. Patior non moleste Iud. eam vitam, quam mihi sua sponte ante iucunda fuerit, nunc iam mea lege, &c. condicione necessariam futuram. 6. Ver. Hormai.*

Nunc verò, post Si.

5 *Nunc vero ] subiici solet in comparatione rei facta, augendi gratia. Cic. Si M. Fonteium lud. in causa deficerent omnia, &c. tamen esset vobis magnopere prouidendum &c. nunc vero cum lada nemo bonus &c. Pro Font. Id. si hoc non apud ciues Rom. &c. si ad saxa, &c. solitudines conqueri, ac deplorare vellem, tamen &c. commouerentur. Nunc vero cum loquar apud Senatores pop. Rom. &c. 7. Ver. Ma hora ch'io parlo.*

## De Coniunctione NVM. Cap. CXL.

Num cum interrogatione. Num ne.

1 **N**um interrogatori plarunque seruit; et tum initio ponitur, tum subiicitur. Cic. Num censes Ennium dixisse? Acad. 2. pensi tu forse? Id. Quid in Numa Pompilio num quod eloquentia vestigium apparet? de Orat. Id. Interrogas me, num in exilium? non iubeo. 1. Catil.

2 Interdum ad sciscit [ne] vehementius interrogandi gratia. Cic. Numne aspicias quo templo verseris? lib. 6. de Rep. Id. Deum ipsum num ne vidisti? 1. de Nat. Deo. Dimmi hanc mai veduto Dio.

Num quis, Num quæ, Num quod,  
Num quid.

3 Num sape iungitur cum pronomine (Quis, Quæ, Quod. Teren. Num quis hic est? nemolo. Eun. Cic. Num quis fundus in agro Nulanus venalis sit, Att. lib. 4. 3. Se vi è qualche podere da vendere. Id. Num quæ trepidatio? nū qui tumultus? nū quid, nisi moderate? Pro Deior. Id. nū qd horū probat noster Antiochini?

2. Acad. Ecci cosa di queste che la prouis.

Num quid vis, discedentis.

4 Num quid vis) interrogatio erat in discensu usitata. Teren. Hec dum dicit, ab ijt hora Rogo, num quid velit. Eun. Cic. Ne quis cum postea in castra venisset, atque inde disceret,

## Nunquid. Numquam. 165

deret, numquid vellem, rogauit. Att. lib. 6. ep. 14. Id. Cum me spectans è sua villa, numquid vellem, rogasset. Att. lib. 5. ep. 66. Hauendo pigliato commiato da me. Id. Te puto sape habere, qui, num quid Romam velis. quarant Ad Q. Fr. lib. 2. epist. 6. Se tu vuoi niente per Roma.

### Num quid nam.

5 Numquid nam) vehementius interrogat. Teren. Numquid nam hic, quod nolis, vides? Eun. Hor vedi tu cosa qui che non ti piacia. Cic. Num quid nam, inquit, noui? 2. de Orat. Bene, v'è qualche cosa di nuovo? Id. Num quid nam de Oratore ipso restat? Partit. Restauì forse niente.

### Numquid præterea.

5 Numquid præterea) ad extremum urgenter est. Cic. Numquid præterea? Pro Rosc. Am. Ben c'è altro mai? Ecci mai altro?

## De Coniunctione NUNQUAM.

### Cap. CXII.

#### Nunquam dum.

I T Eren. Nunquam, dum ego adero, hic te tanget. Adel. Non ti toccherà mai costui, per quanto io serò presente.

#### Nunquam ni, vel nisi.

2 Liu. Nunquam unum militem habiturum, ni prestaretur fides publica &c. lib. 2. Cic. Nunquam huc venissent, nisi ad alias res pestiferas sibi aditam compararent. Att. lib. 2.

166 Nunquam. Nusquam.

lib. 2. epist. 16. Id. Nunquam nisi honorificentissime Pompeium appellat. Att. lib. 6. epist. 6.

Nunquam, quin.

3 Cic. Evidem nunquam domum misi vnam epistolam, quin esset ad te altera. lib. 2. ep. 10. Io per me non mai scripsi una lettera à casa, che non ve ne fosse vn'altra per te. Teren. Nunquam vnum intermittit diem, quin semper veniat. Adel. Non lascia pur mai vn giorno, che non venga.

De Aduerbio *NUSQUAM*  
Cap. CXIII.

1 **N**usquam est, nullo in loco. Teren. Ille autem bonus vir nusquam appetet. Eun. Non comparisce in luogo alcuno. Cic. Ego uero nusquam esse illo puto. 1. Tusc. Id. Nolite arbitrari me, cum à uobis discessero, aut nusquam, aut nullum fonte de Sen. Id. Siue est illa (Lex.) scripta uspiam, siue nusquam. 1. lib. de Leg. In luogo niuno. & d'auū.

Nusquam, nisi.

2 Cic. Spes libertatis nusquam, nisi in historiis castrorum praesidijs est. Ad Brut. ep. 14. Id. Scientiam autem nusquam esse censebam, nisi in animi notionibus. 1. Acad.

Admonitio.

5 Nusquam, & [usquam] Vel [Uspiam] ele- ganter

ganter usurpaniur pro[nullibi, & ullibi] que  
minime usitata sunt.

De interiectione O. Cap. C X I I I .

1 **O**, non solum iocantis est, sed etiam ap-  
pellantis. Cic. O mi Attice, uereor, ne  
&c. Att.lib. 14. Id. O mi Fanni, quam tu cau-  
sam suam non nosti. lib. 10. ep. 26.

O, admirantis, & prædicantis;

2 Sæpe seruit exclamationi, quæ non unius est  
modi. Nonnunquam enim admirantis est, &  
prædicantis. Cic. O consuetudo peccandi, quan-  
tam habes iucunditatem in improbis, & auda-  
cibus? 5. Ver. Id O terram illamne batam, qua  
illum exceperit. Pro Mil.

O, Indignantis, ac detestantis.

3 Interdum Indignantis. Cic. O incredibile  
audaciam, & impudentiam prædicandam. 2.  
Phil. Id. O rem turpem, & ea re miserā. Att.  
lib. 8. Id. O rem lugubrem. itaque intercludor  
dolore. Ibid. O tempora, O mores. 1. Casil.

O, Dolentis.

4 Alias dolentis. Cic. O me perditum. lib.  
14. ep. 4. Id. O spectaculum miserum, atque  
acerbum. 7. Ver.

O, exultantis, aut lætantis.

5 Aliquando gaudio exultantis. Cic. O sole  
ipsum beatissimum, qui uigentem uidet Anto-  
niū. 14. Phil. Teren. O factū bene, beasti me.

Andr.

*Andr. Cic. O gratas tuas mihi, incundasque litteras. Att. lib. 12.*

O, optantis.

6 *Alias optantis. Cic. O fortunatam rem pub. si quidem hanc sentinam urbis eiecerit.*  
2. *Catil. Virg. O, mihi præteritos referat si Iuppiter annos. Aen. 8.*

O, implorantis.

7 *Non raro implorantiis. Cic. O nomen dulce libertatis. O ius eximum nostra ciuitatis. O leges Portia, legesque Semproniae. 7. Verr.*

O, exsecrantis.

8 *Quandoque exsecrantis. Cic. O multo me gis miserior Dolabella, quam ille ipse, quam tu miserrimum esse voluisti. 11. Phil. O felix. O portentum in ultimas terras asportandum. 3. Ver.*

O, irridentis.

9 *Denique interdum Irridentis. Cic. O p[ro]p[ter] clarum custodem ouium, ut aiunt, lupum. 1. Phil. Id. O Di[us] immortalat; praclaram defensionem. 6. Ver. O commemoranda iudicia, p[ro]claram existimationem nostri ordinis. 2. V[er].*

## De Præpositione OB. Cap. CXV.

Ob, pro Propter.

1 **O**B, s[ecundu]s est (Propter) significat autem tum causam efficientem, tum finem. Cic. Ut mihi quidem videantur Di[us] imm[ortal]es

tales, etiam si poenas à populo Rom. ob aliquod delictum expetinerunt, &c. Pro Marc. Id. Ob aliquod emolumenium suum, si qui aliquid cupidius dicere viderentur. pro Font. Id. Quanto illud flagitosius, eum, à quo ob absoluendum pecuniam acceperis, condemnare? 4. Ver.

## Ob, pro Ante.

2 Interdum est (Ante) Cic. Ob oculos mihi saepe mors uersata est. pro Rab. posth. Id. Mibi ob oculos exilium versatur. Pro Sext. ne gl'occhi. Dinanzi à gl'occhi.

## De Aduerbio O L I M.

## Cap. CXVI.

1 **O**lim saepe assumit [Cum.] Teren. Olim istuc, olim, cum ita animum induxit tuum. And. Cic. Si villa essent necessaria litterae, ut erant olim, cum brevioribus diebus, tamen respondebant tempore tabellarij.

Olim nunc, Olim tum.

2 Alias [Nunc, vel Tunc.] Cicer. Eteum honorem neglectum à me olim nunc mihi expetendum puto. lib. 15. ep. 4. Teren. Olim cum honeste potuit, tum non est data, Nunc viuam extrudi, turpe est. In Phorm.

## De Pronomine OMNIS. Cap. CXVII.

**1** **O**mnis] saepe usurpatur pro (Totus) Cic. Sanguinem omnem profundere mater cupit. Pro Cluen. Id. Vim vitalem per omnem mundum pertinentem, 1. de Nat. Deo. Id. In profundenda voce omne corpus contendit. 2. Tuscul. Id. Omni huic sermoni propositum est. In Brut.

Omnis, pro Quicumque.

**2** Alias, pro [Quicunque.] Cic. Non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire possis. pro Rosc. Am. Id. Omne, quod oritur est, mortalitas consequitur. 1. de Nat. Deo.

Omnis, per Traductionem iteratum.

**3** Eleganter Omnis, per Traductionem iteratur. Virg. Non omnis fert omnia telus. 1. Geor. Id. Non omnia possumus omnes. Ed. 9. & Lucr. lib. 5. Cic. Par est omnes omnia experiri. In Orat.

**4** Saepe vales hac Traductio ad breuiter amplificandum. Cic. Omnes omnium ordinum homines. Pro Rab. Perd. Id. Omnes Philosophi omnium disciplinarum. 5. Tuscul. Id. Omnia omnium misericarum plenissima. Att. lib. 2. Id. Ex omnibus omnium flagitijs nullum turpius vidi, nullum audiui, quam quod &c. 2. Phil. Omnibus omnes opes concessuram. lib. 9. ep. Id.

Decem-

Decemuiros partitorcs omnibus omnium fortunis constitui. 2. Agr.

*De Aduerbio OMNINO.*

*Cap. CXVIII.*

Omnino, in numero.

1 **O**mmino] ab [Omnis] dictum, ac sape referitur ad numerum. Cicer. Omnino ad ducentos. Ad Q. Fr. lib. 1. In tutto, Id. Quinque omnino fuerunt, qui illum absoluerunt. Pro Cluen. In tutto,

Omnino pro prorsus.

2 Sape[Omnino] est[Prorsus] quasi, omni ex parte. Cic. Epulabar cum sodalibus omnino modice. De Sen. Moderatamente à fatto. Id. Omnino fortis animus, & magnus duabus rebus maxime cernitur. 1. Off. In fatti. In somma.

Omnino, cum Aut certe, Aut magna ex parte. Nequaquam.

3 Assumit autem [Aut certe, vel Aut magna ex parte] vel [Nequaquam] aut aliquid eiusmodi. Cic. Omnino, aut magna ex parte liberatus. 1. Tusc. Del tutto, ouero in gran parte. Id. Omnino, aut certe facilius labore alicuius, ac studio cons. qui. Pro Balb. Id. Q. vero Maximus frairem suum virum egregium omnino sibi nequaquam parem. De Amic. Segnatissimo affatto, ma non già suo pari.

H 2      Omnino,

**Omnino**, pro *Vllo modo*.

4 *Sape etiam usurpatur pro [Vllo modo] nimurum cum additur negatio, aut aperta, aut occulta. Cie. Is omnino seruus in illa familia non erat. 7. Ver. non si trouaua per imaginatione. Id. Ne quis omnino regem reduceret. lib. 1. ep. 5. Che niuno à fatto. Id. Nego illum adolescentem omnino illo die esse mortuum. Pro Cluent. Id. Mihi per difficile est contratales Oratores, non modo tantam causam perorare, sed omnino verbum facere. Pro Quint. Dir pure vna parola.*

**Omnino**, cum non, *Nihil, Vix, Nunquam, & Nusquam.*

5 *Iungitur autem Omnino, pro [Vllo modo] cum] Non, Nihil, Vix, Nunquam, & Nusquam. Cic. Poetas omnino non conor attingere. 2. de Orat. In modo alcuno. Id. Ut non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur. 1. Tusc. Id Vix, aut omnino non posse fieri. Att. lib. 3. Totalmente effer impossibile. Id. Hac autem omittamus, quæ omnino nusquam reperiuntur. de Amic. Theopompus, & Ephorus omnino causas nunquam attigerunt. 2. de Orat. Non mai per miraculo.*

**Omnino**, pro *Nimirum*.

6 *Interdum [Omnino] idem est quod [Nimirum] quia omni ex parte res affirmatur. Cic. Omnino est amans sui virtus. de Amic. In fatti. Id. Omnino præclare te habes. 4. Verr. Ti so dire, che tu stai fresco. Id. Aptissima*

*omnino*

omnino sunt arma senectutis artes. de Amic.  
Id. Miserrima est omnino ambitio, honorum-  
que contentio. lib. I. Offic. Infelicitissima per  
certo.

Omnino, pro Tandem.

7 Cic. Quid enim est omnino ipsum diu, in  
quo est aliquid extremum? Pro Marc. Che  
maiè.

Omnino, iunctum cum omnis.

8 Omnitudo iunctum cum [Omnis] grauem  
aque, ac breuem amplificationem continet. Cic.  
Omnino omnium horum uitiorum atque in-  
commodorum una cautio est. de Amic. In  
somma. Id. Omnitudo omnis eruditionis expers.  
2. de Orat. Ignorante à fatto. Id. Omnitudo om-  
nia se facturum recepit. Att. lib. 3. In ogni  
modo.

## Denomine PAR. Cap. CXIX.

¶ **P**ar[Aequalis] proprie est, ac sape abso-  
lute ponitur. Cic. Cui celeritati par nul-  
la ne cogitari quidem potest. lib. I. de Nat.  
Deo. Id. Aut par, aut certe proximus sum illi.  
lib. 4. epist. Idem, Ingenium minime uoluntati  
par. qua potest par oratio inueniri, pro  
Leg. Manil. Id. Gracchus, si uixisset, elo-  
quentia nescio, an habuisse parem nemini-  
nem. In Brut. Id. Cratippus, quem ego parem

H 3 sum-

summis Peripateticis iudico. de Diu. Id. Erit  
rebus ipsis par, & equalis oratio. In Orat. Id.  
Virtutes ipsas esse inter se aequales, ac pares.  
3. de Orat.

## Admonitio.

2 Quoties atas, tempusque spectatur, non  
[par alicui, aut alicuius] Nisi addatur (Ae-  
tate, Annis, aut aliquid huiusmodi) sed Ae-  
qualis dici solet.

Par cum.

3 Nonnunquam adsciscit Cum.) Cice. Tu  
partibius cum Alpheno fuisse non putas. pro  
Quinct. Id. Nec mihi par cum Lucilio ratio  
est. 3. de Nat. Deo.

Par, ac. Par, atque, par, &amp;c.

4 Interdum Par, assumit (Ac, Atque, Et.)  
Plaut. Si parem sapientiam hic habet, ac for-  
tunam. Mili. Cic. Nec mihi par cum Lucilio  
ratio est, ac tecum fuit. 3. de Nat. Deo. Id. Si  
par in nobis huius artis, atque in illo pictura  
scientia, fuisset. lib. 2. de Inu. Cas. Pari, atque  
antea, ratione egerunt. 3. de oel. Ciu. Cic. Om-  
nia fuisse in Themistocle paria, & Coriolano.  
In Brut.

Par est, pro, Aequum est.

5 Cic. Par est autem primum ipsum esse bo-  
num, deinde &c. de Amic. E il douereld. His  
rebus fretum ad Consulatus petitionem aggre-  
di par est. Pro Mur. Id. Mihi dubitanti quid  
me

me facere par sit. Att. lib. 9. Id. Quod ei præmum dari par fuisset. Pro Rab. Prd. Fosse giusto. Conuenisse.

## De Adverbio PARITER.

Cap. CXX.

1 **P**ariter) à Pari ductum est (Aequo.) Teren. Quem pariter vti his decuit, aut etiam amplius. Heaut.

Pariter, ac, et, atque, ut.

2 Pariter, ac, Et, Atque, Vt, usitata sunt pro (Aequo, ac. Teren. Pariter nunc opera me ad iuuas, ac dudum re opitulata es. Phorm. Cic. Qui domi tua videt pariter accusatorum, & indicum consociatos greges. Parad. Liu. Vir omni vita pariter patribus, ac plebicularis. 2. Teren. Nunc tu mihi es germanus, pariter corpore, & animo. Adelph. Plaut. Pariter hoc, atque alias res solet. Menech. Sallust. Vulnu, colore, ac motu corporis pariter, atque animo varius. Iugur. Plaut. Pariter moratus, vt pater, auisque huius fuit. Aul.

Pariter Ac Si. Pariter, atque vt.

3 Sallust. Pariter ac si hostes ad essent, munitione agmine incedere. Iugur. Plaut. Pariter hoc fit, atque vt alia facta sunt. Amph.

Pariter cum, pro Simul cum.

4 Pariter, interdum usurpatur pro (Simul)

H 4 & assu-

& assumit (Cum.) Cic. Animus & praesentem voluptatem percipit pariter cum corpore, & prospicit uenientem. 5. Tusc. Insieme con il corpo. Sal. Eum adoptauit, & pariter cum filiis haredem instituit Del pari. Iugur. Cie. Pariter enim cum uita sensus amittitur. 1. Tusc. Id. Conchilijs omnibus coniingit, ut cum luna crescant pariter, pariterque decrescant. 2. de Diu. Id. Secum pariter me respublica reportauit. Post red. in Sen. Id. Ut qui haec non uidit, & uixisse cum Rep. pariter, & cum illa extituisse esse uideatur. 3. Offic. Insieme con la Repub.

## De Aduerbio PARVM Cap.CXXI.

### Parum.Nimium.

**P**Arum, contrarium habet (Multum) nimium [Cic. Omnibus in rebus magis offendit nimium, quam parum. In Orat.

### PARVM, pro NON SATIS.

**S**ape usurpatur pro (Non satis. Plau. Dux dabo, una si parum est. Rud. Se non basta vna. Id. Si parum intellexisti, dicam denuo. Ibid. Situ non hai ben inteso. Cic. Quoram ex te ea, quae parum accepi. 2. de Nat. Deo. Quel ch'io non ho ben compreso, Id. Nemo parum duxit, qui uirtutis perfecta functus est munere.

1. Tusc.

1. Tusc. Id. Vide, ne dum te pudet parum optimatem esse; parum diligenter, quod optimum sit, deligas. Att lib. 10.

Parum est. quod.

3 Cic. Parum ne est Piso, quod tantum homines fecellisti? ut &c. Pro Sext. Non tibi ista, che. Teren. Sed parum ne est, quod omnibus nunc nobis succenset senex? Phorm. Ma è forse poco, che &c.

De Aduerbijs PARUMPER,  
& PAULISPER.  
Cap. CXXII.

1 Arumper ex (parum, factum est, sed ad tempus accommodatur. Cic. parumper conticuit, & à ceteris silentium fuit. 1. de Orat. Per un poco. Id. Discedo parumper à somnijs, ad quemox reuertar. 1. de Diu. Id. Tu uelim à me animum parumper auertas. De Amic.

Parumper, diu.

2 Interdum adiicitur [Dum] Plau. Cui uoluptas parumper data est, dum &c. Amph. Ter. Dum ex eo, parumper opperire hic, Andr. Aspetta qui alquanto fin che.

Paulisper.

3 Paulisper à [paulo] dictum, idem est quod [parumper.] Cas. Hic paulisper est pugnatū lib. 3.

H s de

*de bel. Ciu. Sallust. Cognitis insidijs, paulisper agmen constitit. Jugur. Si fermò alquanto. Cic. Abesse domo paulisper maluit, quam il lud optime calatum argennum amittere. 6. Verr. Id. Lectica paulisper deposita. Ibid.*

Paulisper, dum.

4 Paulisper quoque, idem ut Parumper, assuntis Dum Cic. Paulisper dum se uxor (ut fit) comparat, moratus est. Pro Mil. Plan. Paulisper tace, dum ego &c. Mil.

Admonitio.

5 Quoties exiguum tempus significatur, non [Parum] aut [Paulum] sed [Parumper, aut Paulisper] dici solet. Itaque non dices [Expe-cta parum, aut paulum, sed] Parumper aut Paulisper.

### De Præpositione PER.

Cap. CXXIII.

Per, ad personam relatum.

1 **P**er] vulgo ad locum, sed sape etiam ad personam refertur. Cic. Nihil interest, virum per procuratorem agas, an per te ipsum. Att. lib. 4. Per mezzo del procuratore, ò da te stesso. Id. Per alium transfigam, recede de medio. Pro Rosc. Am. Per mezzo d'altri. Id. Plura diuidenta publicis rebus, quam adiumenta per homines eloquentissimos im-

portata

portata primo, de Oratio. Per via di persona, &c.

Per se, sine alterius ope.

2 Sape tamen [Per se] est [Sine alterius ope]. Cic. Homo per se cognitus, nulla commendatione maiorum. de Sen. Da se stesso. Id. Nihil audacter ipsos per se, sine P. Sylla facere potuisse. pro Syl. Id. Per se ipsa splendet virtus semper, neque alienis unquam fardibus obsoletescit. Pro Sest. Id. Amicitia per se, & propter se expetita. de Amic. Da se, & per se stessa.

Per, ad tempus relatum.

3 Alias refertur ad tempus. Cic. Per eos dies, cum iste. 7. Ver. In quei giorni. Id. Nulla abs te per hos dies epistolas inanis aliqua re utili, & suavi venerat. Att. lib. 2. epi. 23. Id. Nulla res per triennium, nisi ad nutum istius est iudicata. 2. Verr. Per ispatio di tre anni. Id. Quam prouinciam tenuisti à predonibus liberam per hosce annos? Pro leg. Man. In questi anni. Id. Per multas etates fuerunt. de Diu. lib. 1. Id. Duo fratres per idē tempus dissimiles inter se. In Brut. Nell'istesso tempo.

Per, ad modum.

4 Sæpe ad modum accommodatur. Cic. Cum iste ab se hydriam Beoti manus factam per potestatem abstulisset. 6. Ver. Di potenza assoluta. Id. Symphoniacos seruos abducebat per iniuriam. 7. Ver. Contra ragione. Id. Quod

eum per insidias tories interficere voluistis. Pro  
Do. A tradimento. Id. Per scelus, & latroci-  
nium ex fanis auferre. 3. Ver. Id. Per luxu-  
riem effundere, atque consumere, quod per sce-  
lus sis adeptus. pro Rosc. Am. Id. Q. Opti-  
mum per ludum, ac iocum fortunis omnibus  
euertit. 3. Ver. Burlando. Da scherzo. Id.  
Per summum dedecus vitam amittere. pro Ro-  
sc. Am. Con somma vergogna. Id. Per lu-  
dum, ac negligentiam ad honores peruenire. 7.  
Ver. Scherzando.

Per simulationem, Per speciem, Per  
causam.

<sup>5</sup> Per simulationem, Per speciem, Per cau-  
sam, idem fere significant. Cic. Per simula-  
tionem amicitiae nefariè prodiderunt. post red. ad  
Quir. Con fintione. Id. Per simulationem  
Ædilitatis statuas auferre. 6. Ver. Sotto pre-  
testo. Liu. Per speciem alienæ fungenda vici  
suas opes firmauit. lib. 1. Cō pretesto. Id. Fra-  
tris filia Rhæ Sylvia per speciem honoris (cum  
Vestalem legisset) perpetua virginitate spem  
partus ademit. Ibid. Sotto colore d'hono-  
rarla. Id. Per speciem prædandi ex hostium  
agro, permisso Magistratum ab Capua pro-  
fetti. lib. 24. Liu. Per causam ronouati ab Æ-  
quis belli. lib. 2. Con scusa, con pretesto. Id.  
Vi cū appropinquaret ianuarex, per aliquam  
causam sustineret à tergo agmen. lib. 24.

Per

Per litteras.

6 Idem est, quod [Litteris. Cic.] à Senatu supplicationem per litteras postulauit. In Pis. Id. Antonius purgat se mihi per litteras. Att. lib. 1. Per lettere. Con lettere.

Per aetatem, pro Ob aetatem.

7 Teren. Neque sciebat, neque per aetatem etiam poterat. Eun. Ne per ancora gliello permetteua l'età. Cic. Vi primum per aetatem iudicium facere potueritis. lib. 13. ep. 30. Id. Nam cum antea per aetatem huius auctoritatem loci contingere non auderem. Pro leg. Man. Id. Factus es eius filius contra fas, cuius per aetatem pater esse potuisti, pro Dom. Quanto all'età.

Per, pro propter.

8 Per] interdum est [Propter.] Cic. Per inuidiam depelli Tribunatu, 3. de Orat. Id. Per iram aliquid facere, quod nos paeniteat. 1. Tuscul. Per inuidia. Per colera.

Per, obsecrantis.

9 Nonnunquam obsecrantis est. Cic. Ad qua recuperanda per fortunas incumbe. Att. lib. 13. Per vita tua. Id. Sed propera per Deos. ad Brut. ep. 15. Per amor di Dio.

Per, concedentis.

10 Alias concedentis. Cic. Per me, vel steras licet. 4. Acad. Quant'à me. Id. Per me ista pedibus trahantur. Att. lib. 4. Id. Petis, ut tibi per me liceat quendam ab exilio reducere. 2. Phil. Con buona gratia mia.

Id.

*Id. Clodium nihil delectat, quod aut per natu-  
ram fas sit, aut per leges liceat . pro Mil. Co-  
sa, che permetta la natura, ouer le leggi.*

## Per valetudinem.

*1. Cic. Omnes consulares, qui per valetudi-  
nem exsequi cladem illam, fugamque potuif-  
sent. 2. Phil. Permettendolo loro la sanità.  
Id. Per valetudinem cum posses venire; tamē  
noluisti. lib. 7. ep. 1. Id. Cum per valetudinē,  
et anni tempus nauigare poteris. ad nis veni.  
lib. 16. Quando lo permetterà la sanità.*

## De Aduerbio PERINDE.

## Cap. CXXIV.

Perinde Ac, Ac si, Atque ut.

*¶ PErinde, usurpatur & [Æque] vel [Ita.]  
iungitur autem ſape cum [Ac, Ac si,  
Atque, Ut.] Cic. Philosophia nō perinde, ac de  
hominum eſt vita merita, laudatur. 1. Tusc.  
A pari di quel che merita . Tanto quanto  
merita. Id. Qua per difficultia ſunt, perinde ha-  
benda ſunt, ac ſi effici non poſſint. Partit. Cas.  
Perinde ac ſi virtute viciffent. lib. 4. de Bel-  
ciu. Come ſe. Cic. Vereor, ut hoc quod di-  
cam, perinde intelligi audiui poſſit, atque ip-  
ſe cogitans ſentio. Pro Marc. Coſì com'io  
d'intendo. Id. Non perinde ut eſt reaſfe, ex  
lit-*

*litteris percipere potuisti. lib. 9. ep. 15. initio.*  
Com'è la cosa in se.

## Perinde ut, pro Prout.

2 Perinde] ferè usurpatur pro[ Prout.] Cic.  
Sed hac omnia perinde sunt, ut aguntur. 2. de  
Orat. Tali sono, come. Id. Hac perinde ac-  
cidunt, ut eorum, qui audiunt, mentes tractā-  
tur. In Brut. Talmente auengono, qualmē-  
te. Id. Habes à patre munus M. fili mea qui-  
dem sententia magnum: sed perinde erit, ut  
acceperis. 3. Offic. Sarà, come lo riceverai, ne  
più, ne meno.

## Perinde, quasi.

3 Perinde quasi] est[ Perinde ac si.] Cic. At  
que hac perinde loquor, quasi in eo sit iniqui-  
tas eius reprehendenda. 5. Ver. Id. Perinde ua-  
lebit, quasi amatissimi fuerint Pro Cœl. Nō  
altrimenti, che se.

## Perinde quasi, per Ironiam.

4 Perinde quasi] sape ironiā continet. Cic.  
Perinde quasi Appius ille cœcus uiam munie-  
rit, non qua populus uteatur, sed ubi impune  
sui posteri latrocinarentur. Pro Mil. Come sc.  
Id. Metelli sperat sibi quisque fortunam, per-  
inde quasi certi quicquam sit in rebus huma-  
nis. 1. Tusci. Id. Perinde quasi exitus rerum, nō  
hominum consilia legibus vindicentur. Pro  
Cluent. Id. Perinde quasi exscribendi potesta-  
tem non haberet. 3. Ver.

De

*De Aduerbio PROINDE, &  
PROIN. Cap. CXXV.*

1 **P**roinde, seu Proin (quod decurtatum est) significat (Ideo, vel, Quamobrem.) Cic. proinde bono animo sis. Att. lib. 1. ep. 6. Id. proinde si sapis, vide 4. Ver. Id. proinde fac magnum animum habeas. lib. 12. ep. Per tanto. Teren. proin tu, dum est tempus etiam, atq; etiam cogita. Eun. però.

*Admonitio.*

2 Proinde) pro (perinde) si quando usurpat, easdem coniunctiones, eosdem usus habet. sed videndum est, ne subsit mendum, & (proinde) legatur, pro (perinde).

*De Aduerbio PLANE.  
Cap. CXXVI.*

*Plane, pro Clarè.*

1 **P**lane, idem est quod (Clarè, & Apertè.) Cic. Epicurus autem, ut opinor, nec non vuli plane, & apertè loqui. 2 de Fin. parlar chiaro. Id. Sed tu dixisti istud bene Latinè, parum plane. Ibid. Id. Explicari mihi tuum consilium plane volo, ut intelligam. Att. lib. 8.

Pla-

Planè, pro Certè, vel, Sanè.

2 Interdum usurpatur pro [Certe] vel [Sanè.] Cic. Sed ego plane uellem, me arbitrum inter eos datum. lib. I. de Leg. Io certo vorrei, Plaut. Ipsa ne ea est; Sc. Immo planè ea est. Most. Del certo è deffa.

Planè, pro Omnino.

3 Sape usurpatur pro [Omnino.] Cic. Accipi Atticam planè belle se habere. Att. libro 12. Star bene à fatto. Id. Si te habeo, non mihi uidebor planè perijisse. lib. 14. epist. 4. Eſſer rouinato à fatto. Id. Vt te Leucadem deportares, ut ibi planè te confirmares. lib. 16. tpi. 1. Ti rihaueſſi totalmente. Id. Nam iſte eam, niss planè nihil sapit, nunquam proferet. tertio. Ver. Se non è matò ſpacciato. Id. Effice id, quod iam propenodium, uel planè potius effeceras. In Brut. O più toſto del tutto.

## De Aduerbio PLVS.

### Cap. CXXVII.

Plus, pro Amplius.

1 **P**lus] magis accedit ad nomen, quā [Magis.] Proinde non temere pro [Magis] usurpandum est. Cic. Ne plus a quo quid in amicitia congeratur. de Ami. Più del douere. Id. Dimidioplus scripsit Clodia. Att. libro 6. La meta più.

2 Sapè

**2** Sapè autem usurpatur pro [ Amplius. Ci-  
ce. Molestum est uno digito plus habere. 1. de  
Natu. Deo. Vn dito di più. Id. Plus una me-  
nocte retinere non potuit. 1. Phil. Id. Tribunum  
pleb. plus viginti vulneribus acceptis, iacen-  
tem vidistis. Pro Sexi. Id. Neque unquam  
plus triduo fuit. Pro Rosc. Am. Id. Ac re-  
cum anno plus vixit. Pro Quint. Più d'v.  
anno.

Plus, quam. Plus, quam. Quantum.

**3** Adsciscit interdum [ Quam, ] & [ Quā  
quantum. Cicero. Ego habeo cui plus, quam  
tibi debeam, neminem. lib. 6. ep. 1. Id. Qua exi-  
stimas plus, quam artem ipsam prædelle posse.  
1. de Orato. Id. Ei plus frumenti imperaba-  
tur, quam quantum exararant. Più di quel-  
che haueuan raccolto. Id. Plus multo vidis-  
se videntur, quam quantum nostrorum inge-  
niorum acias intueri potest. 3. de Orat. Id. Sit  
intelligerem plus conatum esse reip. causa mu-  
neris, quam quantum præstare potuisses. libro  
9. ep. ult.

Non plus, quam.

**4** Non plus, quam ] comparationem quan-  
dam continet subobscuram. Cicer. Non tan-  
tum valet, ut tollat è vita amicitiam, non  
plus quam ut virtutes, quia nonnullas curas,  
& molestias afferunt, repudientur. de Am.

De

## De Aduerbio TORRO.

## Cap. CXXVIII.

1 Porro est [ Deinde, Postea. &c. ] Terent.

Moue oxyus te: ut quid agam porro in elligas. And. Accioche tu intenda poi. Cic. Hominibus & natura, & consuetudine, & disciplina leuissimis: porrò autem Populi Rom. condicione socijs, fortuna seruis. 3. Ver. Et poi. Id. Sic porrò nostros homines diligunt. 4. Verr. Così poi, Talmente &c.

Porrò, pro Autem, & uel & n.

2 Sape pro [ Autem ] usurpatum continuat orationem. Cic. Occurrebat mancam, ac debilim Præturam suam futuram, Consule Milone. Eum porrò summo consensu Populi Rom. Consulem fieri videbat. Pro Mil. d'ut & s. Et poi. Id Nihil porrò tam inhumanum &c. Pro Planc. Id. Age porrò tu, qui te tam religiosum existimari voluisti interpretem faderum. 7. Verr. Hōr su uia. Id. Clamabat porrò Quintilius. Pro Quint. Id. Porrò autem neque mihi accidit. Ann. lib. 1.

Porrò, pro vltra:

3 Nonnunquam ponitur pro [ vltra ] Liu. Ex loco infecto agere porrò armentum occāpit. lib. 1. Cominciò à spinger innanzi l'armen to. Cic. Perge porrò: nam de isto magna dis- sensio

*sensio est. 4. de Fin. Passa oltre. Va puria.  
nanzi. Seguita pure.*

*De Præpositione POST.  
Cap. CXXXIX.*

**1** *Post, quoties casum regit, præpositio est,  
cui [Ante] opponitur. Cas. Repente  
post tergum equitatus cernitur. libro 3. de bel.  
Gal. Plerumque ad tempus accommodatur.  
Cicer. Hic Magistratus multis annis post De  
cemuiros institutus. Att.lib. Id. Aliquot post  
menses is occisus est. Pro Rose. Am. Liu. An  
num post quintum decimum creati Consul.  
libro 5.*

*Post. cum participio præteriti  
temporis.*

**2** *Eleganter copulatur cum participio præ  
teriti temporis. Cic. Mea domus, quam Sena  
tus unam post hanc urbem constitutam ex  
arario adificandam putauit. de Aruf. respon.  
Sola, dopo che questa Città è fondata. Id.  
Causa enim est post Urbem conditam, hac in  
uenta sola, in qua &c. Catil. Id. Nego unquam  
post sacra constituta, tam frequens collegium  
iudicasse. de Aruf. Resp. Id. Sexenio post Veii  
captas. 8. de Div.*

*Post homines natos. Post hominum  
memoriam,*

**3** *Huc illa pertinent, post homines natos.  
Post*

*Post hominum memoriam. Cic. Longè autem post homines natos improbissimus ē. Seruilius Glaucia. In Brut. Id. Vnius post homines natos fortissimi viri. Pro Mil. Da che il mondo è mondo. Dal principio del mondo in qua. Id. Optimus longè post homines natos: de Opt. gener. or. Id. Post genus hominum natum pauci reperti sunt, qui ēc. Pro Bal. Id. Instant post hominum memoriam apparatiſſimi, magnificentissimique ludi. In Pis. Id. Bellum intestinum, ac domesticum, post hominum memoriam crudelissimum, ē maximum, 2. Catil. Id. Quod nemo unquam post hominum memoriam fecit. s. Ver. A memoria d'huomo.*

### *Post, præpositio cum Quam.*

*Præpositio [post] interdum assumit [Quā]. Cic. Post diem quartum, quam ab urbe discessimus. Att. libro 9. Id. Post diem tertium gesta res est, quam dixerat. Pro Mil. Tre giorni dopo, che l'hauea detto.*

### *De Aduerbio POST.*

*Cap. CXXX.*

*POST] aduerbium, nullum casum regit, & si sepe iungitur cum ablative temporis. Cic. Ita recepi me biennio post. In Brut. Id. Arno post Paulus perijt. 2. de Diu. Id.*

*Paucis*

*Paucis post diebus quam Luca discesserat lib.  
1.ep.9.Id. Multis post annis pecunia recuperata est. Pro Flac. Molti anni dopo.*

## Admonitio.

*2 Post ] quoties ablativo iungitur, adverbium est. Neque enim casus ille à [ post] regitur, sed absolute ponitur, quippe ablativus temporis. Semper autem, aut postponitur, ut [ paucis diebus post] aut interponitur [ paucis post diebus].*

## De Aduerbio POSTEA.

## Cap. CXXXI.

*1 I Vngitur interdum [ postea ] cum interrogatione. Teren. Quid tum postea? Heu. Et poi? Cic. Cedo, quid postea? Pro Mur. Disù com'andò poi?*

*Postquam, posteaquam. Postea vero quam.*

*2 Post, & postea] sape adsciscit [ Quam.] Cic. Heri non multo post, quam tu à me discessisti. libro 12.ep.48. Id. Post Prætor factus est Tuditianus, quam Consul Memmius lib.13. ep.30. Id. Posteaquam de meo cursu, Reipub. sum uocereuocatus. Pro Planc. Da poi che io. Id. Postea uero quam profectus es. lib.5.ep.2.*

*Post ubi, vel Vt.*

*3 Interdum assumit [ Vbi] vel [ Vt.] Salust. Post ubi contagio, quasi pestilentia, urbem*

inuasit.Catil.Poi come.Cic.Post sensim incedens, iudices, ut vidit ardentes, exultauit audacius. In Orat.

Postquam, posteaquam, cum Illico.

Extemplo, Repente.

6 Postquam, uel posteaquem [ adsciscit interdum [ Illico, Extemplo, Repente ] aut aliquid eiusmodi.Ter. At Postquam aspexi , illico cognoui. Heaut. Id. Postquam introit, extemplo eius morbum cognoui miser. Hec. Cice. Hac posteaquam acta , & constituta sunt, procedit iste repente ex Pratorio . 7. Ver. Disubito .

## De Aduerbio POSTERIUS.

Cap. CXXXII.

**P**osterius pro [postea] usitatum est, contrarium enim habet [ prius ] & ad tempus refertur.Cic.Iubet iste posterius illos ad se reuerti. 6. Ver. Dice, che tornino dipoi.Id. Ipse enim Thucidydes, si posterius fuisses , & maturior esset, & mitior . In Brut. Id. Sed hac posterius. de Leg. Id. Posterius, inquit, ista videbimus: nunc &c. Pro Quint. Poi ci ripareremo .

De

*De Aduerbio POSTHAC.  
Cap. CXXXIII.*

**P**osthac, idem est, quod [In posterum contrarium habet [Antehac.] Cui Posthac igitur erimus cautores. lib. 7. epi. 17. Per l'auenire. Id. Caput autem litterarum, nihil sibi cum illa posthac futurum. 2. Phil. Id. Ne unquam posthac accidere possit, prudendum est. Catil. Che non habbia d'auenir mai più. Id. Scribam posthac ad te planius. Att. lib. 2. ep. 34. Da hora auanti farò più chiaro.

*De Aduerbio PRÆ.  
Cap. CXXXIV.*

**P**RÆ] est, Ante. Cice. Hic qui stillantem præse pugionem tulit. 2. Phil. Portò auanti di se. Illa per traslationem. Id. Nisi spicem præse boni uiri ferat. 1. Off. Se non dimostra d'esser huomo da bene. Id. Præferres perspectum mihi quidem, sed tamen dulcem, et optatum amorem tuum. libro 2. epist. 1. Id. Noli quæso præte ferre, vos planè expertes esse doctrinæ. 2. de Nat. Deor. Far mostra: Dar ad intendere. Id. Vocem prævobis indicem vestrarum uoluntatum tulisti. 2. Agr. Præ,

Præ, in comparatione.

2. *Fra sape usurpatur pro [In] in comparatione.* Terent. Hic ego illum contempsi præ me. Eun. Rispetto à me. Cic. Illi Romam præ sua Capua irridebant. 2. Agr. A paragone di Capua. Id. *Vt neminem præse hominem puer.* Lro Rosc. Am. Rispetto à se. Id. Tu au-sus es præ tua præda pronibilo tot res sanctissimas ducere? 4. Ver. Id. *Omnium minas, atque omnia pericula præ salute sua leuia duixerunt.* 4. Vèr. Rispetto della sua salute. Id. Non tu quidem vacuus molestijs, sed præ nobis beatus. lib. 4. ep. 4. In comparatione nostra. Id. *Quasi in illo minima fuissent, tamen præ suis facultatibus maxima putarentur.* Lro Rab. Perd. In paragone. Rispetto alle sue facoltà. Id. *Vi ipse Consul in hac causa præ me, minus etiam quam priuatus esse videatur.* 2. Ver. In comparatione mia.

Præ, pro Propter.

3. *Præ] sape usurpatur pro [Propter.]* Teren-tius. Præ gaudio (ita me Dij ament) ubi sim, nescio. Heaut. Per allegrezza. Plaut. Neque miser commouere me possum præ formidine. Amph. Cic. Solem præ sagittarum multitudine non videbitis. 1. Tusc. Id. *Præ cas-ra iocari non poteram.* Att. lib. Per la sollecitudine. Id. *Præ cupiditate, officij sui rationem non habet.* Verr. Id. Non medius fidius præ lacrymis possum reliqua nec cogitare, nec scribere. Att. lib. 9. Id. *Præ fletu, & dolere.* Att.

Præ ut.

**4** *Pra, ut est [In comparatione.] Plaut. rum etiā præ ut futurū est, predicas. Am. A rispetto di quel che sarà. Teren. Ludu iocumq; dices fuisse illum alterum, præ huius rabies quæ dabit. Eun. Rispetto, quello, che cagionerà la rabbia di costui.*

### De Præpositione PRÆTER.

#### Cap. CXXXV.

**1** *P*ratere est [Ante] sed motum ad signifi cat. Cic. Prater oculos Lollij omnia fr rebanitur. s. Ver. Avanti gli occhi. Liu. Prae Car alitem paludem agmen ductum. lib. 38. Id. Prater ripam euntibus Galli Marras Ma gna. à Pessinunte occurrere. Lib. 38. Lungo la riva. Id. Prater oram Hebrusci mari Neapolim transmisit. lib. 3. Lungo la ma rina.

Præter, pro Extra.

**2** *Interdum usurpatur pro [Extra.] Cid. Multa autem impendere videbantur prater naturam, praterque fatum. s. Phil. Id. Cum si nibil adhuc prater voluntatem ipsius, cogita tionemq; occideris. Catil. Fuor del suo vo ler, & pensiero, Id. Illud etiam accidit, prater optatum meum, sed valde ex voluntate. In Pis. Id. Quod quoniam prater opinionem mibi acciderat. lib. 2. ep. 8. Id. Prater spem si quid erit,*

rit, facies, ut sciām. Att. lib. 13. Id. Præter modū creuit lacui Albanus. 1. de Diu. Fuor di modo.

## Præter, in exceptione.

3 Interdum [Præter] excipit, similiter ut [Extra.] Cic. Amicum sibi ex Consulibus neminem esse video, præter Lucullum. lib. 1. Da Lucullo in poi. Id. Omnibus sententijs præter unam, Scamander damnatus est. Pro Cluen. Eccerto uno.

## Præter, pro Supra.

4 Sape declarat Supra.] Cic. Testis est Phalaris, cuius præter ceteros est nobilitata crudelitas. 2. Offic. Sopra tutti gli altri. Id. Quod si ut optimum nomen consequeremur, unus præter ceteros adiuuisti. Ad Q. Fr. lib. 1. ep. 1. Id. Attici in eo genere præter ceteros excellunt. In Orat. Id. Hoc mihi præcipuum est præter ceteros. Pro Syl. Id. Loquebantur enim Decumani, & præter ceteros iij, qui apud istum plurimum poterant. s. Ver. So pra tutti.

## Præterea.

5 Præterea dictum quasi [Præter ea.] Ad personas quoque accommodatur, etiam numero singulari. Cic. A me vero sic diligitur, ut tibi uni concedam, præterea nemini. lib. 4. epist. 3. id est, præter te. Et non ad altri. Id. Hunc unum ab hostibus metui, præterea neminem. Un solo, & nō altri fuor di lui. id est, Præter eum. Pro Man. Id. Num qui exules restitui?

1 2 unum

196 Præterea, Præterquam,  
vnum aiebat, præterea neminē. 1. Phil. Vno,  
& non più.

Præter, quam pro Nisi.

6 Præterquam, pro [Nisi] usurpari solet;  
Cic. Nullas ijs, præterquam ad te, dedi litteras. lib. 3. ep. 7. Se non à te. Id. Pro tantis rebus nullum à vobis premium postulo, præterquam huius diei memoriam sempiternam. 3. Catil. Id. Iuno Moneta, à qua præterquam defue plena, quid unquam moniti sumus? 2. de Diis.

Præterquam, quod, pro Nisi quod.

7 Cic. Ego me in Cumano, & Pompeiano, præterquam quod sine te, ceterum satis comode oblectavi. Ad Q. Fr. lib. 2. ep. 13. Id. Neque quod displiceat, committam, præterquam quod hominis mihi coniunctissimi doleo gravem casum. lib. epist. Se non che.

Præterquam quod, pro Non modo.

8 Interdum usurparur pro [Non modo Cic. Sarum autem, præterquam quod nefarium hominem cognoui, præterea in me contumacem. Att. lib. 15. ep. 15. Id. At id præterquam quod fieri non potuit, ne fingi quidem potest. 1. de Diis. Oltre che.

De

## De Aduerb. PRIDIE, &amp; POSTRIDI. Cap. CXXXVI.

<sup>1</sup> Pridie dictum quasi [Priore die.] Il giorno auanti.] Postridie, postero die. Il giorno seguente.

Pridie, & Postridie quam.

<sup>2</sup> Aequo utrumq; copulatur cum [Quam] Cic. Pridie quam excessit è vita. de Am. Il giorno prima di morire. Vn di prima, che motisse. Id. Postridie intellexi, quam à vobis discessi. lib. 14. epist. 6. Id. Postero die, quam illa erant acta. lib. 2. de Orat.

Pridie, Postridie eius diei.

<sup>3</sup> Interdum assumunt [Eius diei.] Cic. Sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus. lib. 1. ep. 4. Il giorno auanti. Cato. Postridie eius diei villicum vocat. lib. 1. de re Rust. Cic. Dolabella venit ad me postridie Iduum. lib. 13. ep. 46.

Pridie, Postridie, Idus, Nonas, Kalendas.

<sup>4</sup> Plerumque Idus, Nonas, Kalendas, quarto casu adsciscunt. Cic. Ego Romam pridie Idus. lib. 13. ep. 25. Id. Si me in Tusculano postridie Nonas mane conuenerint. lib. 13. ep. 14.

*De Aduerb. PRIMVM, & PRIMO. Cap. CXXXVII.*

1. **P**rimum, & Primo] hoc fermè diff. runt, quod [Primum] ad ordinem r̄um pertinet. Primieramente. Primo] ad unpus.. Prima. Da principio.

Primum, cum Deinde, vel Post, vel Tum.

2. At primum sape adsciscit [Deinde] vel [Post] vel [Tum.] Cic. Primum ut monilio acerbitate careat, deinde ut obiurgatio contumelia careat. de Amic. Primieramente. Id. Primum, ut ipse tu, tuique omnes, deinde etiam ut reliqui scire possint me &c. lib. 3. ep. 3. Id Primum redditus intercesserat in gratiam per Pompeium; post autem Cesaris, ut illum defendarem, mira contentio est consequita, lib. 3. ep. 9. Id. Te valere tua causa primum volo, tum mea. lib. 16. ep. 5. Prima per conto tuo: poi per conto mio.

Primum, tum: post, vel deinde, in Enumerationibus.

3. In tripartita enumeratione rerum saepe usurpantur [Primum, Tum, Post, vel Deinde.] Cic. Primum igitur est de honesto, tum de utili, post de comparatione eorum differendum. lib. 1. Off. Id. Quae primum bene partis, tum quam plurimis se utilem prabeat: deinde

deinde augeatur ratione, diligentia, parsimonia.

PR.  
è diffi-  
rem m  
ad un  
vel

Primum, deinde, tum, vel postremo.

4 Alias. Primum, Deinde, Tum, vel Postremo. Cic. Primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de Imperatore diligendo esse dicendum. Proleg. Man Id. Primum otium Parthicum, deinde confecta passiones publicanorum, postremo sedicio militum sedata ab Appio lib. 5. ep. 14.

Primum, deinde, tum, postremo.

5 In quadripartita autem partitione, sape adhibentur [Primum, Deinde, Tum, Postremo. Cic. Primum ut te tanto inter ualio vide-rem; deinde ut tibi possem praesens gratulari; tum ut quibus de rebus vellemus, inter nos communicaremus, postremo ut amicitia nostra confirmaretur uellementius. lib. 15. ep. 14. Item lib. 7. ep. 2. & 3. de Nat. Deor. & ad Quintil. Fr. lib. 1. ep. 2.

Primum, tum, deinde, post, tum,  
deinde.

6 Enumerationes vero longiores, solent esse liberiores. Cic. Et ipsa charitas generis humani serpit sensim foras, cognitionibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitijs, post vici-nitatibus, tum cimibus, deinde totius comple-xu gentis humanae. s. de Fin.

7 Interdum etiam [Primum] omittitur, & pro [Postremo] subiicitur [Tum ad extremū. Cic. Quinque faciunt quasi membra eloquen-

I 4 siam,

siam, inuenire quid dieas, inuenta disponere,  
deinde ornare verbis, post mandare memoria,  
tum ad extremum agere, & pronunciare. 2.  
de Orat.

Primum, absolute possum.

8. Interdum primum absolute ponitur, quia  
[Tum] aut [Deinde] aut tale aliquid non  
subjicitur. Cic. Primum tibi, ut debes, gratu-  
lor, latorque &c. lib. 2. ep. 9. Id. Primum ip-  
sas ego Musas nunquam tanti putassem. lib.  
7. ep. 23. lege Paulum Manutium ad hunc  
locum.

Primo, deinde, vel Post.

1. Primo] ut diximus, ad tempus pertinet,  
cui itidem [Deinde] respondet, aut Post. Cic.  
Ea igitur primo, neque id ipsum diu, quoquo-  
modo poterat, in illa cupiditate continebatur,  
deinde ita flagrare capit amentia, ut eam  
non pudor &c. pro Cluen. Da principio, &c.  
dapoi. Id. Videris in tabella iam ante quanta  
sit facta labes, primo Gabinia lege, biennio  
post Cassia. de Amic. Prima, due anni dopo.

Primus, alter, tertius, Primus, secundus,  
tertius.

8. Primus, alter, tertius, eleganter dicitur,  
namen pro [Altero, Secundus] interdum po-  
nitur. Cic. Primo, altero, tertio, denique reli-  
quis consecutis diebus. 1. Phil. Id. Cum sen-  
tentia prima Bibuli pronunciata esset, ut tres  
legati regem reducerent, secunda Hortensij,  
ut tu sine exercitu reduceres, tertia Volcaij,

ut Pompeius reduceret. libro primo, epistola prima.

Prior, & posterior.

1 Prior, & posterior ] de duobus dicuntur. Cic. Me Aedilem priorem, & pratorem pri-  
mum Populus Rom. fecit. In Pis. Id. Priore lo-  
to dicere. pro Quint. Id. iam priore actio-  
ne, cum hac testes dicerent, intellexi. 3. Ver. Id.  
Primas etsi utrique, priores tamen deserunt.  
Lelio. In Brut. Id. Qui posterius priori non  
conuenit? primo de Fin. Id. Priora tempora  
in ruinis Reipub. nostrisque iacuerunt libra  
s. epist.

De Præpositione. PRO.

Cap. CXXXVIII.

Pro, & Contra.

1 PRO] sape contrarium habet [Contra. Ci-  
ce. Hoc non modo pro me, sed contra  
me est potius. 3. de Orat. Non è in mio fauo-  
re. Non fà per me. Id. Partim nihil contra  
Habitū valere, partim pro hoc esse. pro Cluen.  
Id. Non tam pro se, quam contra me labora-  
re dicitur. Att. lib. 11.

Pro, pro Ante.

2 Interdum usurpatur pro [ Ante. Cic. Ha-  
sta posita pro ade Iouis Statoris, bona Cn.  
Pöpeij acerbissime uoci subiecta praconis. 2. Phi-  
li. Id. Nonne audiente populo Rom. sedens pro

I 5 ade

*ad Castoris dixit. Ibid. Auanti al tempio di Castore. Id. Illa præsidia, quæ pro templis omnibus cerniis. pro Mil.*

Pro, pro In.

**3** *Alias pro [In.] Cas. Hac re pro saggeſſu nunciata. lib. 6. de bel. Gal. Nel Pergamo. Liu. Laudati quoque pro concione omnes sunt. lib. 38. Nella predica.*

**4** *Huc illud referri potest. Cic. Cordius pro testimonio diligentissimè laudauit. pro Cluen. id est, In testimonio. Facendo testimonianza.*

Pro, pro Vice, aut Loco.

**5** *Nonnunquam est Vice, aut Loco. Cic. Tibi Marcelli statua pro patibulo fuit. 6. Ver. Ti ferui per patibolo. Id. Vnus Cato mihi est pro centum millibus. Att. lib. 2. In cambio di cento mila. Id. Hoc pro mercede, vel præmio tibi erit. Att. lib. 1. Item illa trita: Pro nihilo habere, dicere, putare, esse. Stimar per niente. Tenere da niente.*

Pro, in comparatione.

**6** *Pro] in comparatione ſepe idem est, quod [S]i pectes. ] Cic. Quid eſſet, quod pro tantis opibus reipu. tantaque dignitate imperij, nequaquam ſatis mulii ciues forti, & magno animo inuenirentur? p Sest. Atteſa ſi grā potenza della rep. Id. Sunt impij ciues pro charitate reipub. nimium muli, pro multitudine beneſentientium, admodum pauci. 3. Philo. Atteſo. Id. Quid mihi pro expectatione populi*

li Rom. pro Cr. Pompeij meritis, pro ratione  
mei temporis faciendum fuerit. pro Do. Per la  
spettatione. secōdo i meriti. secondo il tem  
po assegnatomi.

Pro , pro Secundum .

7 Alias est [ Secundum. Cice. Cīuitatibus  
pro numero milium pecunia & summas descri-  
bere. 7. Ver. Conforme al numero. Id. Non  
dubito autem pro tua singulari prudentia,  
quin perspicias. lib. 11. ep. 12. Conforme. Se-  
condo. Id. Quorum vobis pro vestra sapien-  
tia, Quirites, habenda est ratio diligenter. S.  
Verr. Id. Ego vos pro mea summa, & vobis co-  
gnita in rem. diligentia moneo, pro authorita-  
te consulari hortor, pro magnitudine periculi  
obtestor, ut &c pro Mur.

Pro meo, tuo, suo iure .

8 Pro suo iure facere, aut dicere aliquid ] est  
idem quod iure tuo, ac pro potestate, quam ha-  
beas in aliquam rem, dicere aliquid, aut face-  
re sine reprehensionis metu, quod nemo possit id  
inane reprehendere. Cice. Vbi meo iure diutius  
esse possem. Attic. libro 3. epistol. 42. Giuridi-  
camente, Con piena autorità. Id. Pro meo  
iure dice. pro Flac. Plaut. Nempe pro tuo iu-  
re oras. Rud. Cie. Tum deprecabitur à nobis,  
tum etiam pro suo iure contendet, ne &c. 7.  
Ver. Per la sua autorità. Con ogni ragione.

Pro re, Pro re nata, Pro tempore, Pro  
opibus .

9 Eodem pertinenti illa [ Pro re, Pro re nata,

*Pro tempore, pro opib.] Virg. Pro re pauca lo-  
quar. Aen. Cic. Animaduerteram posse pro  
re nata te non incōmodè ad me in Albanum  
uenire. Att. lib. 7. Conforme all'occasione,  
che venisse. Cas. Consilium pro tempore, acre  
ceperat. Conforme all'accorrenza, & alla co-  
sa. Cic. Nemo fuit, qui non me pro suis opibus  
in illa tempestate defenderit. Pro Do. Secon-  
do la sua possibilità. Ita [pro facultatibus;  
pro dignitate .*

*Pro mea, tua, sua parte .*

**10** Item illa [pro mea, tua, sua parte] & alia  
eiusdem modi. Cic. Ut ita fieret, pro mea parte  
adiuui. lib. 5 ep. 8. Per quanto toccava à me.  
Quanto mi apparteneua. Id. Omnes qui ad-  
sunt pro sua parte, & autoritate defendunt.  
pro Syl. Cic. Pro sua quisque facultate parant.  
1. Tusc. Ogn' uno secondo il suo potere.

*Pro se quisque .*

**11** *Pro se quisque] id ē est, quod [pro sua quis-  
que parte. Cic. Pro se quisque, quod ceperat, af-  
ferebat . 3. Off. Ciascun per la parte sua.  
Id. Pro se quisq; manus affert. 3. Ver. Ciascun  
mena le mani per la parte sua . Liu. Pro se  
quisque aurum, argentum, & as publicū con-  
ferunt. lib. 26.*

*Pro virili parte .*

**13** *Pro virili parte est , pro eo, quantum u-  
nus vir potest. Cic. Hac qui pro sua parte viri-  
li defendunt. Pro Sest. Id. Tum me eius benefi-*

cio

cio plusquam pro virili parte obligatum puto.  
13. Phil. Più che per uno particolare.

Pro portione, pro rata portione. Pro  
rata parte.

14 Proportione] idem est, quod pro rata por-  
tione, vel parte. Cic. Sed oportet, ut adibus, ac  
templis vestibula, & aditus; sic causis princi-  
pia proportione praeponere. 2. de Orat. Id. Qui  
intervallis coniuncti imparibus, sed tamen pro  
rata portione distinctis. li. 6. de Rep. A propor-  
tione. Cas. Quadringenta in singulos iugera,  
& pro rata parte Centurionibus, euocatisque  
libro primo, de bel. Ciu. Per rata. Cic. Omnia  
ista perinde, ut cuique data sunt, pro rata  
parte, à via, longa, aut brevia ducuntur. I.  
Tuscula.

Pro ut, pro eo ac, pro eo ut.

15 Pro ut, pro eo ac, pro eo ut ] idem decla-  
rant. Cic. Pro ut facultates hominis Thermita-  
ni ferebant. 6 Ver. Per quanto comportaua-  
no. Id. Primum debeo sperare Deos omnes,  
qui huic urbi præsident, pro eo mihi, ac mereor  
relatuos esse gratiam. 4. Catil. Id. Pro eo ut  
temporis difficultas, aratorumque penuria tu-  
lit. 5. Verr.

Pro eo quod, pro eo quantum, In  
comparatione.

16 Cic. Vereor, ne parum tibi, pro eo, quod à  
te habeo, reddiderim. Pro Plac. Id. pro eo quod  
se non suis solum commodis, sed etiam suo-  
rum municipiorum natum arbitrabatur,  
pro

*pro Clemen. Id. Pro eo quantum in quibusque  
sit ponderis, estimanda sum. lib. de Fin. Con-  
forme à quello. Id. Evidem pro eo quantitate  
facio, quicquid feceris, approbabolo. lib. 3. ep. 3.  
Per quanto io ti stimo. Per la stima grande  
che io fò di te.*

*Pro eo, absolute.*

*17 Cic. Quod erit eiusmodi, ut si à Cæsare,  
quod speramus, impetraverimus; tuo beneficio  
nos id consecutos esse iudicemus: sin minus, pro  
eo tamen iam habeamus. lib. 14. ep. Per tanto  
già lo teniamo.*

*Pro, pro Ob, vel Propter.*

*18 Interdum usurpatur pro [ Ob, vel Pro-  
pter. ] Plau. Pro uapulando hec le à te mer-  
cede in petam. Aut. Id. Ut pro huius pecca-  
tis ego supplicium sufferam. Mof. Per i mis-  
fata di costui. Teren. Heri minas viginti pro  
ambobus dedi. Ean. Per tutti due. Cice. Mis-  
qui pro uestura solueret. Att. lib. 1. Per la uet-  
tura. Di porto Id. Dixit se dimidium, quod  
pactus esset, pro illo carmine daturum. 2. de  
Orat. Per quei uersi.*

*Pro, Interiection.*

*19 Pro] sape interiectione est exclamantis, ad-  
mirationi, aut indignationi seruans. Cic. Que  
res (pro sancte Iuppiter) in terris gesta maior?  
2. Phil. Id. Pro Dij immortales, r̄sum ne u-  
nius hominis incredibilis, ac divina mirans  
lucis afferre reip- potuit? proleg. Man. Id. Pro*

*Deum*

Deum atque hominum fidem. s. Ver. Liu.  
Tantum (pro dolor) degeneramus à maiori-  
bus nostris. lib. 22. Ita nos dicamus licet [ Pro  
Deus immortalis ] Pro sancte Deus. ] O Dio  
buono.

*De Præpositione PROPE.*  
*Cap. CXXXVIII.*

*Prope, Iuxta.*

1 **P**rope] est [ *Iuxta*. Cic. Cum plebe pro-  
peripam Anienis consedisset. In Brut.  
Presso la riua del Teuerone. Id. Ut non mo-  
do prope me, sed plane mecum habitaret . lib.  
7 sep. 24. Non solamente uicino a me, ma in  
casa mia. Con esso me Liu. Eo maiore gau-  
dio, quo prope motum res fuerat. lib. 1.

*Prope, pro Non procul.*

2 *Interdum cum ablatium casum adsci-  
scit, usurpatur pro [ Non procul. Cic. At cum  
bellum in Italia, tam prope ab Sicilia gere-  
retur, tamen in Sicilia non fuit . 7. Verr.  
Tanto appresso. Si uicino a Sicilia. Id. Tan-  
tum Ciuium Rom. tam prope ab domo , tam  
bonis fructuosisque rebus detineri 6. Ver. Id.  
Prope à meis & dibus fedebas. In Pis. Vicin'a  
casa mia .*

*Prope, sine casu.*

3 *Cum sine casu ponitur, adverbij uicem  
obtinet, & contrarium habet [ Procul. Cic.  
Volebam*

Volebam prope alicubi esses. lib. 9. ep. 7. D' preffo. Id. Adolescentia magis delectatur, prope voluptates intuens: delectatur etiam se nectus, eas procul adspectans. de Sen. Davi no. Plau. Nemo audet prope accedere. Casin. Farsi appresso.

## Prope est, ut.

4 Prope est, ut] est [parum abest, quin.] Liu. Iam prope erat, ut in summum eluum euu rent. lib. 2. Poco mancaua. Id. Appius vicit, ac prope fuit, ut Dictator ille idē crearetur. Ibid. Mancò poco.

Prope est factum, Nihil proprius est factum.

5 Liu. Prope est factum, ut iniussu praeoris, signis conuulsis, in aciem exirent. lib. 25. Poco mancò, che non vscissero. Cic. Proprius nihil est factum, quam ut occideretur. Ad Quind. Fr. lib. 1. epist. 2. Mancò poco. Non ci mancò quasi niente. Id. Nec quicquam proprius est factum, quam ut illud Uticense exemplum de Hadrinno transferretur Syracusas. 3. Verr. Nec i mancò molto.

## Prope adest ut, vel Cum.

6 Prope adest] est [Non longe abest.] Plau. Prope adest, ut fiat palam. Aul. E vicino à farsi palese. Teren. Prope adest, cum alieno more uiuendum est mihi. And. Tra poco mi conuerrà uiuere à modo altrui.

## Propius absum.

7 Propius absum] idem, quod [Minus longe absum. Cic. Quod eo melius cernere mihi videor, quod ab ea (morte) propius absum. De Senect. più vicino. Cic. Quoniam propius abes. Att.lib. I.ep. I. manco lontano. Sei manco lontano. Sei più d'appresso.

## Proximus A, vel Post.

8 Proximus alicui] ferme dicitur. Cic. Cras so egn Antonio L. Philippus proximus accedebat in Brut. Id. Eques dignitate Senatori proximus. Pro Clienti. Id. Laudem Planco proximam consecutus es. lib. 10. ep. 15.

9 Interdum tamen prepositionem A, vel post, assumit. Cic. Proximus à postremo in Orat. Plin. Somnia à vino, & à cibis proxime. lib. 10. cap. 75. Subito dopo. Cic. Qui Praefectus classis proximus post Lysandrum fuit. I. Off. Immediatamente dopo. Id. Tum hic, fratre tuo Censore, qui proximus ante me fuerat. De Sen. Immediatamente prima.

## Proximus, pro Proxime antecedenti.

10 Interdum [Proximus] est [Proxime antecedens]. Cic. Qui anno proximo legati fuerunt. pro leg. Man. L'anno passato.

Proximus, superior. Proximus, inferior.

11 Proximus interdum confertur cum [Superiore] ut [Superior] sit, qui fuit ante proximus. Cic. Est enim obscurum proximiis Censoribus huc cum L. Lucullo apud exercitū fuisse

su-

*superioribus cum eodem Quastore fuisse in Asia: primis nullam partem populi esse censam, Pro Arch. Al tempo de gl' vltimi Censori. Id. Quid proxima, quid superiore nocte egeris. 1. Casil. La notte passata, & l'altra.*

*12 Alias [ Proximus superior ] coniunguntur. Cic. Proximis superioribus diebus. lib. 1. ep. 9. Questi vltimi giorni. Id. Huic proximum inferiorem orbem tenet. 2. de Nat. Deo. Il cielo immediatamente inferiore.*

### Proximus, pro Insequenti.

*13 Nec solum ad tempus prateritum [ Proximus ] referitur. saepe etiam ad futurum, ut proxime insequentem, aut consecutum declareret: Cic. Clodius reliquit annum suum seque in proximum transiit. Pro Mil. Id. Scilicet id agitur, virum hac petitione, an proxima Praetorias. lib. ep. 1d Hunc proximo seculo The mistocles insecurus est. In Brut. Nel secolo seguente.*

### Proximus in ordine.

*14 Interdum proximus refertur ad ordinem. Cic. Summa necessitudo honestatis: huic proxima incolumentis: tercia & levissima commoditatis. 2. de Inv. Id. Ad hanc rationem natura vim maximam habet, fortuna proximam. 1. Off. Id. Satyrus obseruat Domini maxime: me habet proximum. Att. lib. 1.*

### Proximus in cognatione.

*15 Interdum [ Proximus alius ] dicitur, qui*

qui cognatione eum, proxime attingit. Namque proximi coniunctiores sunt, quam propinqui. Cic. Tyranno occiso, quinque eius proximos cognatione magistratus necato. 2. de Inu. Id. Si quam prstantiam consecuti sunt, impertiat eam suis, communicetque cum proximis. de Amic. Id. Cum hac omnia tuis proximis plana fecero. Ver. A tuoi più stretti.

## Proxime, cum Accusatio.

16 Proxime] item vi[ Prope] ex quo factum est, accusandi casum interdum habet. Cic. Cum proxime Romam venisti, lib 5.epist. 2. Molto vicino à Roma. Id. Brutus operam det, ut cum suis copijs quam proxime Italiam sit. 10. Phil. Più vicino ad Italia, che sia possibile. Id. Proxime terram ambit luna cursus. de Vniu. Più vicino alla terra di tutti.

## Proxime, pro Maxime.

17 Interdum usurpatur pro[ Maxime] Cic. Sed velim tibi persuadeas, &c. me huic tua virtuti proxime accedere. lib. 11. ep. 21. Ch'io sono il primo dopo di te in questa tua virtù. Id. Ut proxime ad nostram disciplinam illam veterem, non hanc, qua nunc increbuit, videantur accedere. 4. Ver. S'audicinano più che altri, che fiano.

## Proxime, pro Nouissime, aut ultimo loco.

18 Alias pro [ Nuperrime] aut ultimo lo-

212 Proxime. Propter.

eo. Cic. Proxime est mortuus. 2. Phil. Ultimamente. Id. In Capitolio proxime dedicauit. 2. de Nat. D. Id. In ijs litteris, quas proxime à te accepi. lib. 5. ep. 5. Di fresco.

Proxime superior.

19 Cic. Musæ eodem numero, quo proxime superiores. 2. de Nat. Deo. Quelle, che ho detto pur dianzi.

Proxime, in ordine,

20 Cic. Sapientissimus est, cui, quod opus sit, ipsi veniat in mentem. proxime accedit, qui alterius bene inuentis obtemperat. In Brut. Più di tutti se gli appressa, Id. proxime autem, & secundum Deos, homines hominibus viiles esse possunt. 2. Off. Dopo li Dei nel primo luogo &c.

Proxime, atque.

21 Cic. Non possum non aut proxime, atque ille, aut etiam & que laborare. lib. 9. ep. 13. Vicino à lui, ouero anche del pari.]

De Præpositione PROPTER.

Cap. CXL.

Propter: Causa efficiens, aut finis.

1. **P**ropter, plerumque causam efficientem declarat. Cic. Eaque suspicio propter eam causam fuit. In Brut. Id. Suscepimus onus aut propter perfidiam abijcere, aut propter imbecillitatem animi deponere. Pro Rosc. Am. In



terdum

terdum finem significat. Cic. Tyronem propter humanitatem, & modestiam malo saluum, quam propter usum meum. Att. lib 7. Vbi [propter usum] finem declarat. Id. Virtus per se, & propter se expetenda. 1. de Fin. Da per se, & per causa sua.

Propter, pro Prope.

2 Propter] sapè usurpatur pro (prope.) Cic. Vulcanus tenuit insulas propter Siciliam, quæ Vulcania appellantur. 3. de Nat. Deo. Appresso à Sicilia. Id. In pratalo propter Platonis statuam consedimus. In Bruto. Id. Fanum ipsum est in agro propter ipsam viam, qua Assoro itur Ennam. 6. Ver. Id. propter Aedem Vulca ni 4. Verr. Id. Etenim propter est spelunca quædam. 6. Ver. Iui vicino. Id. Duo filij propter patrem cubantes. pro Rosc. Am. Id. Hic vir clarissimus, qui propter te sedet L. Gellius. In Pis. Ti siede appresso.

Admonitio.

3 Propter) pro (prope) usurpari solet, cum statutus in loco significatur: nam cum declaratur motus [præter] dici solet. Nam illud in prim lib. de Inu. Fluuius Eurotas, qui propter Laceo demonem fluit [videndum est, ne mendum contineat, & pro [propter] præter] legendum sit. Vr. de præterfluere conflatum esse constat.

Propterea, quod. Propterea, ut.

1 Propterea, ex Propter, & ea faciū esse apparet: usurpatur pro [Iccirco] & fere cum [Quod]

[Quod] vel (ut) copulatur. Cic. propterea quod nullam rem gratius iam diu tuli, lib. 5. ep. 28. Id. Cum essem otiosus in Tusculano, propterea quod discipulos abuiam miseram. lib. 6. ep. 18. Per rispetto, che. Id. Propterea scripsi. ut me non sine causa laborare intelligeret. lib. 13. ep. 6. Id. Atque hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero &c. ignosceret. Pro Ligar. A finche.

### De Aduerbio QV A. Cap. CXL I.

Qua qua, pro Tum tum.

**Q**ua, proprie est, per, quem locum, vi planum est. Cic. Ipse in templum noscio qua per cuniculum ascendit. 3. Phil. Sapientiam iteratur, ut significet [Tum tum.] Cic. Topiarium laudavi; ita omnia conuestiuit hedera, qua basim Villa, qua intercolumnia ambulationis. Ad Quint. Er. lib. 3. ep. 17. Id. Intelligate diligentissimum esse, qua de Brutorijs, qua de Bruto. Att. lib. 15. Così in quanto à i Brutorij, come quanto à Bruto. Id. Quam expedita tua consilia, quam euigilata iuis cogitationibus, qua itineris, qua navigationis, qua congressus, sermonisque cum Casare. Att. lib. 9. Tanto del viaggio, quanto della nauigatione, quanto dell'abboccamento, &c.

Qua-

Quacunque.

2 Quacunque ] est [ Per quemcumque locum. ] Cic. Quacunque iter fecit , eiusmodi fuit; ut non legatus Pop. Romani, sed ut quædam calamitas persuadere videretur. 3 . Verr. Douunque fece viaggio, per tutto si portò in modo. Illud translate. Quacunque ingredimur,in aliquam historiam vestigium ponimus, lib. 5. de Fin. Douunque caminiamo poniamo il pie &c.

De Pronomine QUALISCVNQVE.  
Cap. CXLII.

1 **Q**ualiscunque] ex[ Quali] factum plurumque eius vim extinuat. Cic. Turpe enim est nobis, illum, qualiscunque est , hoc primo anno, egere. Att. lib. 13. Id. Sed homines benevolos, qualescunque sunt, graue est insequi contumelia. Att. 14. Di qualunque sorte si fiano.

Qualiscunque, Talis.

2 Interdum refertur ad[ Talis. Cic. Qualescunque summi cinitatis viri sunt, talis est civitas. 3. de Leg.

*De Aduerbio QVAM.  
Cap. CXLI.*

Quam, tam.

1 *Vam] sape adsciscit [Tam] cum com-  
paratio intercedit. Plaut. Quam tu  
filium tuum, tam pater meus desiderat.  
Capt. Cic. Quod si quam audax ad conan-  
dum, tam esset obscurus ad regendum. 2.Ver.  
Id. Xenomenes hospes tam te diligit, quam si  
vixerit tecum.lib. 16.ep. 1. Tanto ti ama, co-  
mme se.*

Quamdiu tamdiu .

2 *Cic. Quorum quamdiu mansit imitatio,  
tamdiu genus illud dicendi, studiumque vi-  
xit. 2.de Orat. lege [Tamdia.*

Quam mox, lege Mox.

Quam pridem.

3 *Teron. Huc euasit, quam pridem pater  
Mibi & mater mortui essent? dico: iam diu.  
Eun. Quanto tempo era, che. Cic. Quao  
quampridem hoc nomen Fanni in aduersaria  
retulisti. pro Rosc. Com. Quanto è, che hai  
scritto al giornale questa partita?*

Quam, pro Valde, cum positivo, &  
interrogatione.

4 *Quam cum positivo sapè, & interroga-  
tione iunctum significat [Valde. Cic. Suam  
in Senatu operam, autoritatemque quam  
magni*

magno astima? Att.lib.7. Quanto la stima?  
Id. Soles ipsi quam multi à Theologis profe-  
runtur? 3.de Nat.Deo. Quanti.Id. Te igi-  
ur imitabor, quā multa, quā paucis: libre 12.  
epi. Quante cose in quante poche parole?

## Quam, cum superlativo.

5 Quam cum superlativo usitissimum est.  
Cic. An est mi Cicero, quod ego malim, quam  
te quam doctissimum esse? Partit. Il più dot-  
to huomo del mondo. Id. Commodissimum  
est quam laxissimas habere habendas amici-  
tia. de Am. Tener la briglia lenta il più,  
che si può. Id. Sed peto à te, ut quam celer-  
rime mihi librarius mittetur. Att.lib.16. Id.  
Quo quā minime multi de istius nefario  
scelere audire possent. 3. Ver. Quanti meno  
fosse possibile.

## Quam, optantis.

6 Cic. Quam vellem domi mansisses? Att.  
lib.6.ep.2. Id. Quam vellem & nunc in Pro-  
vincia morari. Att.lib.7. Che pagherei? Id.  
Quam vellem, ut te ad Stoicos inclinasses. 3.  
de Fin. O come vorrei.

## Quam, admirantis.

7 Cic. Quam non est facilis virtus? Att.lib.  
7.ep.1. Come non è facile la virtù? Id. Quā  
cupiunt laudari? ut putes vinci? de Fin. Id.  
Quā nihil pratermissis in consilio dando?  
Att.lib.9.ep.2.

## Quam, cum possum, &amp; superlativo.

8 Cic. Dico igitur, & quam maxima pos-

*sum voce dico. Pro Do. Et lo dico quanto più alto posso. Id. Cōuiuium ad multam noctem, quam maxime possumus, vario sermone producimus. de Sen. Il più, che potiamo. Id. Aves nidos construunt, eosq; quam possunt molif sime substernunt. 2. de Natu. Deo. Id. Exposui quā breuissime potui oracula. 1. de Dīn. Con la maggior breuità, ch'io hò potuto.*

10. *Quam, cum Volo, pro Quantum.*

*Quam] cum uerbo [Volo] usurpatur pro [Quantum. Cice. Quam velit sū potens. Pro Cal. Sia potente, quanto si voglia, Id. Quā uolent in conuiuijs faceti. Pro Cal. Id. Hic quā velit, Epicurus iocetur. 2. de Nat. Deo. Būli pur quanto vuole. Id. Quam uolatis mulii, dicent. pro Cal. Quanti vorrēte.*

*Quam quantum.*

*10. Quam ] in comparatione sape assumit [Quantum . Cice. Vi maius quiddam de L. Crasso, quam quantum à nobis exprimitur, suspicentur. 3. de Orat. Id. Iis plus frumenti imperabatur, quam quantum exarauerant. 5. Ver. Più di quello, che. Id. Hic maiorem pecuniam pratori pollicetur, quam quātam tu dedisti. 4. Ver. Id. Sexies tantum, quam quantum satis sit, ablatum esse. 5. Ver. Id. Alter plus petebat, quam quantum lex permettebat. 1. de Orat.*

*Quam quod . Quam vt.*

*11. Iungitur interdum cum [Quod, vel Vi.] Cic.*

Cic. Sed ex omnibus nihil tamen magis desideratur, quam quod in Africam non ierim.  
 Att. 11. Id. Sed hoc maius est quiddam, quam ut ab ijs postulandum sit. 2. de Orat. Più di quel, che si debba ricercar da loto. Id. Hec sunt dicta subtilius, quam ut quiuisea possit agnoscere. 1. de Natu. Deo. Id. Hoc est altius, quam ut nos humi strati perspicere possumus.  
 3. de Orat. Più alta di quel che noi.

## Quam quomodo.

12 Cic. Multia praeclara in eo uiro cognoui: sed nihil est admirabilius, quam quomodo ille mortem Marci filij tulit. De Sen. Id. Crassum pleniorum fuisse putet, quam quomodo à nobis inductus est. 3. de Orat.

## De Aduerbio QVANDO.

Cap. CXLIV.

1. **Q**uando] proprie est [Quo tempore. Cicce. Quando me ista curasse arbitramini? 1. de Orat. Id. Tum quando Alexanдро mortuo legatos Tyrum misimus. proleg. Agr. All' hora, che. Id. Utinam tunc essem natus, quando Romani dona accipere capissent.  
 2. Offic. Id. Quando igitur est turpe? quando est pena peccati? Pro Do.

Quando. & Quandoquidem, pro  
Quoniam.

2. Cic. Quam quādo complexus es, & tenes.  
K = lib. 10.

lib. 10. ep. 12. poiche. Id. Quando te id video  
desiderare. de Sen. Id. Quandoquidem tu istos  
oratores tantopere laudas, vellem &c. In Bru.  
Id. Urbes, ac sedes suas relinquerent, quando-  
quidem agros iam ante istius iniurijs exagite-  
ti reliquissent. 2. Ver. Artefo, che.

## Admonitio.

3 Frequentius tamen in soluta oratione u-  
surpatur [Quoniam] Vide infra Cap. C L I.

*De Coniunctione QVANQVAM.*  
Cap. CXLV.

Quanquam, tamen. Quanquam, sed.

1 **Q**uanquam plerumque quidem ] Ta-  
men [adsciscit, quod exempla passim  
docent; verumtamen interdum assumit ] Sed.  
Cic. Quanquam egregios Consules habemus:  
sed turpissimos Consulares. lib. 12. epist. 4. Id.  
Quanquam à te quidem cumulate satisfit,  
sed sic velim existimes. li. 13. ep. 3. 2. Id. Quan-  
quam ipsum non videram, sed ex familiaris-  
simo eius audiebam. lib. 10. ep. 10.

Quanquam, sed tamen; sed certe;  
verumtamen.

2 Cic. Quanquā sunt omnes virtutes aqua-  
les, & pares: sed tamen est species alia magis  
alia formosa, & illustris. Se ben &c. ma pure  
&c. 3. de Oratio. Id. Quanquam ita quidem.  
causa,

causa, &c. ut debo, tabor, sed certe &c. lib. I.  
ep. 9. Id. Puto autem mea non nihil interesse,  
quanquam id ipsum quid intersit, non sans  
intelligo, verumiamen quicquid &c. libro 5.  
epist. 21.

Quanquam, absolute positum.

3 Quanquam interdum absolute ponitur,  
nimirum, quia ad dicta magis respicit, quam  
ad ea, qua dicenda sunt. Cice. Si licebit,  
more nostro tuebimur: quanquam admodum  
sumus iam defatigati. libro 12. epist 25. Ben  
che noi siam già molto stanchi. Id. Quan  
quam ille quidem nihil difficilius esse dicebas  
quam amicitiam usque ad extremum vita  
diem permanere. de Amic. E ben' vero, ch'e  
gli dicea.

#### Admonitio.

4 Huc plarumque pertinent illa, qua mo  
do exposui, cum pro [Tamen] reponitur  
[Sed.]

### De Coniunctione QVAMVIS.

#### Cap. CXLVI.

Quamvis, pro Etiam si, cum ] Tamen,  
attamen, certe.

I **Q**quamvis non tam significat ] Quan  
quā [apud Ciceronem, quā] Etiam  
si. [Assumit autē] Tamen, attamē, certe. Cie.  
Si me audissent quamvis iniqua pace, honeste

tamen sinerent.lib.7.ep.3.1d. Res bello gefferat, quamuis Reipublica calamitosas, attamē magnas. 2. Phil. 1d. Quamuis non fueris impulsor, & suus or profectionis mea; approbator certe fuisti. Att.lib.16.ep.6. Se bene &c. alme no l'approuasti.

## Admenitio.

3 Quamuis pro Quanquā, in principijs maxime, à Cicerone raro admodum usurpatur.

## Quamuis, pro Quantumuis.

3 Sapissime Quamuis nominibus, & aduerbijs iunctum, pro Quantumuis ponitur. Cicero. Quamuis prudens ad cogitandum sit, sic est, tamen. Att.lib.12. Per prudente, che egli si sia. Id Quasi uero mihi difficile sit quamuis multos nominatim proferre. pro Rosc. Am.

Quanti tu ne vuoi. Id. Quamuis paruis Ita latebris contentus essem. lib.2.epist.30. Per piccole, che fossero. Id. Quiduis facere in eiusmodi rebus, quamuis callide, quamuis auctor, quamuis impudenier. 4. Ver. Quanto astutamente tu vuoi &c.

## De Aduerbijs. QUANTVM,

## &amp; QUANTO PERE.

## Cap. CXLVII.

## Quantum, absolute.

3 **Q**uantum] aduerbium ex nomine, sepe absolute ponitur. Cic. Quamobrē,

in quantum tuo iudicio tribuendum esse posse  
statues ipse. lib. 3. ep. 8. Id. Quantum quidem  
ego intelligere potueram, li. 6. ep. 11. Per quan-  
to io potero comprehendere. Id. Ego (quan-  
tum auguror coniectura) non despero fore ali-  
quem. lib. 1. de Orat. Per quel ch'io vò con-  
ciertando. Id. Hac lex Anno nostro non pla-  
ceret, quantum ex vulnus eius intelligo. lib. 3. de  
Leg. Per quanto io raccolgo dal viso. Id. Sed  
tamen est eorum doctrina, quantum indicare  
possum per ridicula. 2. de Orat.

Quantum in me, in te, in ipso est.

2 Huc pertinent illa [ Quantum in me, in  
te, in ipso est. Cic. Quantum in me erit. ad Q.  
Fr. lib. 1. ep. 1. Per quanto starà à me. Per  
quanto si stenderanno le mie forze. Id.  
Non igitur, quantum in te fuit, intellexisti  
Deos esse. lib. 1. de Nat. Deo. Id. Quantum es-  
ses in ipso. lib. 5. epist. Id. Nam nomen ciuium  
Romanorum, quantum in ipsis fuit, sustulerūt.  
Pro Flac. Per quel che toccava à loro. Id.  
Huic profectò ipsi, quantum est sicut in nobis,  
opem ferre debemus. Pro Arch. Per quanto si  
stendono le forze nostre.

Quantum possum.

3 Sape [ Quantum ] iungitur cum verbo  
[ possum. Cic. Pompeius, quem, quantum posui,  
multis sape orationibus, ornati. In Pis. Per  
quanto io ho potuto. Id. Ut afflita reipub.  
quantum posset, moderetur. Pro Flac. A suo  
potere. Id. Quamobrem Quirites consilio,

X · 4      quan-

224 Quantum, quantulum.

Quantum posero, labore plus pane, quam poterem, uigilabo pro vobis. 3. Phil. Quant'io poterem mai.

Quantulum, & Quantulumcunque,  
in extenuatione.

4. Quantulum] Et [Quantulumcunque] extenuationi serviunt. Cic. Nos qui iam, & quid facere, & quantulum iudicare possemus ostendimus. 5. Verr. Quel poco, che potemo. Id. Etenim quantum interest, utrum in Massici radices, an in Italiam, aliove quopiam ducamini? 2. Agr. V'è forse poco differenza eh? Id. ut ne plus nos affequamus, quam quantum tu in dicendo affectuus. 1. de Oratio. Id. Misit coniectori quantum visum est de argento secundo, de Dii. Quel pocolino.

6. Quantulumcunque aperiū extenuat. Cic. Sed tamē quicquid erit in his libellis, quantumcumque videbitur esse, hoc quidem certi manifestum erit. 4. Ver. per poco, che paia esserui. Id. Ex eo quod dico, quantulumcunque id est, quid faciam, iudicari potest. 3. de Ora per pochetto, che sia. Id. Easque nos primi quicunque eramus, & quantulumcunque dicebamus, conuerimus in Orat. Et per quel poco, che noi &c.

Quantum, tantum, vel Tantundem.

6. Interdum adsciscit [Tantum] uel [Tantundem]. Cic. Quantum me diligis, tantum fac,

ut valeas lib. 16. ep. 4. Id. Quantum medi-  
ligis, tantum adhuc diligenter. lib. ep. Per  
quanto amor tu mi porti. Id. Quantum de  
illo libro, tantum de mei iudicij fama detra-  
hatur. lib. 6. ep. 19. Id. Quantum tibi omnes  
debent, quominus tantundem ego unus de-  
beam, non recuso. lib. 15. ep. 11. Non niego di  
non ti essere altrettanto obligato.

Quantopere, pro Quantum, vel Quam.

Quantopere] referitur ad [Tantopere] &  
[Quantum] aut [Quam] significat Cic. Ne-  
que enim tantopere desiderabam &c. quan-  
topere delector &c. 2. de Or. Id. T'erspicere vos  
certo scio, quantopere Siculis hoc expediat. s.  
Ver. Id. Dici non potest, quantopere gaudeant.  
Att. lib. 14. Quanto si rallegrino.

### De Aduerbio QVASI.

#### Cap. CXLVIII.

Quasi, pro Tanquam, vel Sicut.

Q Vasi] aduerbium est similitudinis,  
& [Tanquam] significat. Cic. Phi-  
losophia laudandarum omnium artium pro-  
creatrix quadam, & quasi parens. 1. de Orat.  
Come in madre. Id. Quasi cruenta gutta im-  
brium. 2. de Nat. Deor. Id. Epicurus quasi pue-  
ri delicati, nihil cessatione melius existimat.  
lib. 1. de Nat. Deo. Id. Nec vero velim, quasi  
decurso spatio, à calce ad carceres renoca-  
ri. de Sen. Id. Sic eas exponam, quasi aga-

K 5 IUR

*tur res, non quasi narretur. s. Tusc. Come  
se.*

*Quasi sic, Quasi ita, pro Sicut, vel  
Non secus, ac.*

*2 Interdum est [Sicut] vel[ Non secus, ac]  
& assumit [Sic] aut[ Ita. Cicero. Ut quasi au-  
rum igne, sic benevolentia fidelis periculo ali-  
quo perspici possit.lib. 9. ep. 16. Si come l'oro  
nel fuoco. Id. Litteras Gracas sic auide arri-  
pui, quasi diurnam sitim explere rupiens. de  
Sen. Come che s'io volessi cauarmi una se-  
te di lungo tempo. Id. Quasi tua res, aut ho-  
nos agatur: ita laboras. Pro Quintil. Come  
se n'andasse la robba, o l'honor tuo. Id. Sed  
plane quasi eares nobis saluti futura sit; ita  
cogit, atque imperat, ut &c. 2. Agr. Non al-  
trimenti, che se.*

*Quasi, & Quasi vero, per Ironiam.*

*3 Quasi, & Quasi vero] sape Ironiam con-  
tinent. Cic. Medico tria millia iugera, quasi  
se sanum facere potuisset. 2. Phil. Come se.  
Id. Quasi me pudeat istorum, aut non possim,  
quemadmodum dicantur, ostendere. 2. de Fin.  
Come s'io mi vergognassi. Id. Quasi vero  
id cupiditate defendenda nobilitatis, aut  
studio partium fecerit. 3. Ver. Id. Quasi ve-  
ro ad cognoscendum, ego ad illos, non illi ad  
me venire debuerint.lib. 3. ep. 7. Come se.*

*Quasi, pro Fere.*

*\* Interdum usurpatur pro [Fere.] Cic. Ex  
his*

bis quasi decem fiscos ad Senatorem illum relictos esse. 2. Ver. Intorno à dieci. Id. Quantulus vobis videtur? mihi quidem quasi pedalis. 2. Acad. Quasi della misara d' un piede. D'vn piede in circa. Poco più, o meno d'un piede.

## Admonitio.

5. Quasi] pro[ Fere] cum contrahitur numerus, spatum, aut aliud eiusmodi, apud Ciceronem rarum admodum est. Eius loco [Fere, Ferme, Pane, Prope, Propemodum] usurpati solent.

De Aduerbio QVATENVS.  
Cap. CXLIX.

Quatenus, ad quem terminum.

1. **Q**uatenus] est[ Ad quem terminum] cui respondeat[ Eatenus. Cicer. Quam obrem id primum videamus, quatenus amor in amicitia progredi debeat, de Am. Sino à che termine debba arriuare. Id. In omnire usendum est quatenus, & si enim suus cuicodus est, tamen magis offendit nimium, quam parum. In Orat. Id. Est enim quatenus amicitia dari venia possit. de Amic. V'è un certo segno, sin doue si possa perdonare. Sin' ad un certo che si può perdonare.

2. Interdum ad tempus refertur. Cic. Quibus auspicijs istos fasces Augur acciperet

quatenus haberem, cui traderem? 14. Phil.  
Per insino ch'io hauessi, à chi lasciarli?

Quatenus, pro Qua ex parte.

3 Interdum usurpatur pro [Qua ex par-  
te.] Cic. Postulatum est, ut Bibuli sententia di-  
uidetur, quatenus de religione dicebat, &c.  
Bibulo assensum est. lib. 1. ep. 2. Quanto i  
quella parte.

## De Aduerbio QVEMADMODVM.

Cap. CL.

Quemadmodum, pro Quomodo.

**Q**uemadmodum factū ex tribus ver-  
bis [Quem Ad Modum] idem est  
quod [Quomodo]. Cicer. Velim cogites quem-  
admodum bibliothecam nobis confidere possit.  
Att. li. 1. ep. 5. In che modo. Id. Hac res quem-  
admodum ceciderit, &c. velim ad me scri-  
bas. Att. lib. 7. ep. 24. Come sia auuenuta.

Quemadmodum, sic: vel Ita.

2 Interdum assumit [sic, vel Ita.] Cic. Ut  
quemadmodū gubernatores optimi vim tem-  
pestatis, sic illi fortuna & impetum superare non  
possent. Ad Q. Fr. lib. 1. ep. 1. Si come. Id. Si  
quemadmodum soles de ceteris rebus, cum ex  
te queruntur, sic de amicitia disputaris. de  
Amic. Id. Tu quemadmodum me censes ope-  
rari esse in repub. &c. ita & esse, & fore auri-  
cula infima molliorem scito. Ad Qui.. Et. Frat.  
lib. 2. epist. 14.

Quem-

Quemadmodum, sed.

3 Alias [Sed. Cic. Nunquā laborant, quemadmodum probent, quod dicunt, sed quemadmodū se explicit dicendo. Pro Flac. Id. Quare non solū quemadmodū nostro criminī, sed etiā quo pacto sua cōfessioni medeatur. 3. Ver.

De Pronomine *QVIS*, vel *QUI*.

Cap. CLI.

1 *QVis*] seruit interrogatiōni, vel dubitatiōni. Cic. *Quis* clarior in Gracia Themistocle? quis potentiōr? de Amic. Interdum assumit. [Qui. Cic. Iam hoc, quis sum fuit Syracusis, qui non audierit? 7. Ver.

2 Huc spectant illa. Cic. Considera quis quem fraudasse dicatur. Pro Rosc. Com. Chi sia quello, che si dice hauer fraudato, & quale la persona, che si dica essere stata fraudata.

Qui, pro *Quis*.

3 *Qui*] sine interrogatiōne, ac dubitatiōne adhiberi plerunque solet. Cic. Nego ius esse, qui miles non sit pugnare cum hoste. 1. de Off. Id. Misi, qui hoc diceret pro familiaritate. 1. Phil. Glielo mandai à dire.

4 Interdum tamen [*Qui*] pro [*Quis*] usurpatur. Cic. Qui tantus fuit labor? qua similitas? Pro Do. Id. Qui vir, & quantus fuisses? 2. Phil. Id. Vereor ne qui sit. In Pis. Id. Si diligenter,

*ter, qui vir ille fuerit, considerabis. Pro Marc.*

**Che huomo.**

**Qui, pro Vt.**

5 *Interdum [Qui, qua, quod] usurpatur pro  
[ut. Cic. Nec sum tam insolens, qui Iouem esse  
medicam. pro Do. Tanto impertinere, ch'io  
dica. Id. Talem autem te esse oportet, qui pri-  
mum te disiungas. lib. 10. ep. 6.*

**Qui, pro Qualis.**

6 *Alias pro [Qualis. ] Cic. Sed illum cum  
esse puto, qui esse debet. Att. lib. Tale, qual'es-  
ser dee. Lege pronomen [Is.*

**Quis, pro Aliquis.**

7 *Quoties antecedit [Si, Nisi, Ne ,] pro [Ali-  
quis] eleganter dici solet. Cic. Si te in iudicium  
quis adducat. 2. Phil. Id. Nisi quis nos Deus  
respexerit. Att. lib. 1. ep. 11. Id. Nisi quid de E-  
paminonda suspicari liber. In Brut. Id. Ne  
quis agrum consecrato. lib. 2. de Leg. Id. Vt ne  
qui reagerent. lib. 1. Offi.*

**Qui, quæ, quod, præpositum.**

8 *Qui, Quæ, Quod] eleganter præpenitur:  
subiicitur autem [Hie, vel Is. Cic. Sic ad nos  
cōfirmatus, reuertere? ut quam expectationem  
tui concitasti, hanc sustinere, ac tueri possis.  
lib. 2. ep. 1. Id. Que ad te pertinere arbitrabor,  
ea mea sponte faciam. lib. 6. ep. 8. Id. Quæ di-  
dicisti, ijs hoc tempore utare. lib. 6. ep. 23. Id.  
Quarum laudum gloriam ad amaris; quibus  
arribus ea laudes comparantur, in ijs esse la-  
borandum. lib. 2. ep. 4.*

**Qui,**

## Qui, Idem.

9 Interdum subiicitur [Idem] aut nonnullis uocibus interiectis, aut etiam proxime. Plaut. Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum. Asina. Cice. Ut qui libertati finis erit in illa urbe, idem sit urbi. lib. 2. epist. Id. Qui mille modium sua partis in cellā gratias dedisset, idem nunc &c. 5. Ver. Id. Quod idem fecit. L. Philippus uir, auo, pater, maioribusque suis dignissimus. 3. Phil.

Quid hominis, Quid mulieris.

10 Quid hominis] pro [Quis homo] Quid mulieris] pro [Qua mulier] eleganter dicimus. Teren. Quao quid tu hominis es? Heau. Che huomo sei tu? Id. Quid hoc hominis? qui hic ornatus est? Eun. Plaut. Quid sit hoc hominis? Amphit. Cice. Exponam uobis breuiter, quid hominis sit. 4. Ver. Che huomo egli sia. Ter. Sed quid mulieris uxorem habes? Hecy. Che donna è questa, che tu hai per moglie?

11 Eiusdem generis sunt illa. [Quid animi [pro] Quis animus [Quid rei] pro [Qua res?] & alia eiusmodi. Plaut. Quid sit ei animi. Mere. Teren. Quid cum illa ibi rei est? Eun. Che cosa hai tu da far con lei? Cas. Quid sui consilij sit, ostendit. 1. de bel. Ciu. Che disegno sia il suo. Ter. Quid istuc gaudij est? Andr. Che allegrezza è certa?

Quid,

Quid, pro Cur. Quid ita, pro  
Cur ita.

12 Quid] sape ponitur pro [Cur. Teren. Quid  
ego factum nesciam? Heaut. Perche vuoi,  
che io non sappia, quanto è seguito? Virg.

Quid tantum Oceano properent se mergen  
Soles?

Cic. Accusatis Sex. Roscium. Quid ita? quia  
de manibus vestris effugit. Pro Rosc. Am. Per  
che causa? Id. Quam molestum est uno digito  
plus habere? quid ita? quia &c. de Nat. Deo.  
Perche questo? Id. Sed quid ego argumentor?  
quid plura dispiuto? pro Mil. Ma che stò io a  
discorrer più?

Quid est, quod. vel Cur, vel Quem-  
obrem.

13 Iungitur interdū cum [Quod] vel [Cur]  
vel [Quamobrem.] Teren. Quid est, quod no-  
pidas? Eun. Che vuol dire, che tu hai paura?  
Id. Quid est, quod latus sis? Ibid Cic. Quid  
est, quod tu alios accuses? 4. Ver. Che cagione  
hai tu d'accusar altri? Cic. Quid est, cur ve-  
reiar, ne ad eam non possim accommodare Tor-  
quatos nostros. 1. de Fin. Perche debbo io te-  
mere di non potere. Id. Quid est, quamob-  
rem quisquam nostrum Censorias subscriptio-  
nes omnes fixas, & in perpetuum ratas putet  
esse oportere? Pro Cluen. Che ragion ci è, che  
alcun di noi.

Quid,

Quid, Quid fr. Interrogantis, aut  
instantis.

14 Sape est Interrogantis, vel Instantis.  
Cic. Testes quid aiunt? Pro Cacin. ben che di  
cono i testimonij? Plaut. Quid pater? viuit  
ne? Capt. Cic. Quid si inficiatur. Quid si om-  
nino non debetur? Quid? prator solet iudicare  
deberi? Quid? ego Fundanio non cupio? ad Q.  
Fr. lib. 1. ep. 2. Che diresti, se lo niega? &c. Id.  
Quid duo propugnacula belli Punici C. & P.  
Scipiones &c. Quid Africanus minor? Quid  
maior? Quid inter harum atates intelectus  
Cato? Quid innumerabiles alii? nam domesti-  
cis exēpiis abundamus, an cogitassunquam  
putamus. &c. Varad.

Quid quod.

15 Interdum adsciscit [Quod] vehemen-  
tius instanti gratia: Cic. Quid quod salus  
sociorum summum in periculum, ac disci-  
men adducitur? pro leg. Man. Che dire-  
mo, che la salute. Id. Quid quod si ista vera  
fuit, rasio omnis tollitur? 4. Aead. Ma che di-  
rete, che.

Quid quod, s̄epius iteratum.

16 Nonnunquam [Quid quod] s̄epius ite-  
ratur. Cic. Quid quod eiusdem hominis ima-  
gines in meum aliae, aliae in tuum? Quid quod  
earum rerum, quæ nunquam omnino fuerunt.  
neque esse potuerunt, ut Scylla, ut Chimera?  
Quid quod hominum, locorum, urbium ea-  
rū, quas nunquam vidiimus? Quid quod simili-

ac

*ac mihi collibitum est, præsto est imago? Quid quod etiam ad dormientem veniunt non vocata? 1. de Nat. Deo. Che dirento che &c.*

## Quid enim?

*17 Aliquando ad sciscit [Enim] Cic. Quid enim? summus dolor plures dies mouere non posset. 2. de Fin. Id. Et perche?*

*Quid loquar, Quid dicam, in Reticentia,  
pro Sileo, Tac. o.*

*19 Quid loquar? [quid dicam?] usum habent in Reticentia. Cic. Quid ego de M. Marcelllo loquar? qui &c. Quid de L. Scipione? qui &c. Quid de Flaminio? qui &c. Quid de Lelio Memmio? qui &c. Vereor, ne hac forte nimis antiqua, & iam obsoleta videantur. P. Sermilius &c. 3. Ver. Che dirò io? &c. Id. quid dicam, quantus sit amor bestiarum in educandis &c. 2. de Natura Deorum.*

*Quid queris? Quid multa?*

*20 Cum rem in pauca conferimus, eleganter dicimus [Quid queris? Quid multa] pro [Quid plura?] Cic. Quid quaris? & si mihi crebro ξυνός ἐργάλιος occurrebat: tamen leua barcura &c. Att. lib. 7. Che vuoi altro? Id. Quid multa? questus est grauiter. L. I. ep. 9. Che più? Che più parole? Huc persinenter illa [Quid verbis opus est? Quid multis opus est? Et alia eiusmodi. Che accade più parole? Che più si può dire? &c.*

*Quod,*

## Quod, pro Quantum.

20 Quod] nonnunquam significat [Quantum] Cic. Nunc verò censeo ( quod commodo tuo facere poteris) venias ad tempus. Att.lib. 1. Id. Ipse , ( quod commodo tuo fiat ) cum ea colloquero. Att.lib. 14. Con tua commodità. Id. Tu velim ( quod commodo valetudinis tua fiat ) quam longissime poteris , nobis obuiam properes. lib. 14. ep. 5. Id. Quod absque molestia tua fiat. lib. 13. ep. 24. però senza tuo scommodo. Id. Qua tibi mandaui, velim ( ut scribis ) cures, quod sine molestia tua facere poteris. Att.lib. 1. ep. 3. Per quanto si potrà senza tua scommodità. Id. Vise totares habeat. quod ad eam civitatem attinet , demonstrabitur. 4. Ver. per quanto tocca à quel la Città.

## Admonitio.

21 Non dicitur Latine [Quo ad hoc] Quo ad illud] sed [Quod ad hoc spectat] Quod ad illud attinet.

## Quod, pro Quantum ad id, quod.

22 Quod in principijs pro[Quantum ad id, quod] frequentissimum est. Cic. Quod ad me scribis de Hermathena, mihi gratissimum est. Att.lib. 1. ep. 3. In quanto à quel che tu mi scriui , &c. Id. Quod ad me sape scripsisti de nostro amico placando ; feci , & experitus sum omnia. Att.l. 1. cp. 2. Quanto à quel, che &c.

## Quod, pro Quamobrem.

23 Quod[non raro tanquam adverbium usurpatur]

patur pro [propter quod] vel [Quamobrem]  
**Teren.** Quod ego te per hanc dextram oro, &  
 genium tuū. And. Per tanto io ti prego. Cic.  
 Quod viinā minus vita cupidi fuissimus; cer-  
 tē nihil, aut non multum in vita mali vidis-  
 mus. lib. I 4. ep. 4. Che co si noi non fuissemo  
 stati &c. Hor. Quod te per genium, dextram-  
 que, Deosque penates obsecro. lib. I. epist. 17.  
**Virg.** Quod te per cali incundum lumen.  
 & auras

Per genitorem oro. 6. Æm.

Quod coniunctio. Che.

**24** Cum antecedit [Hoc, illud, id, aut ali-  
 quid eiusmodi; coniunctio [Quod] eleganter  
 subiicitur. Cic. Huc ipsum posui pro argumen-  
 to, quod ille solute egisset. In Brut. Id. Illud  
 quoque nobis accedit incommode, quod M.  
 Iunius hoc tempore ab. st pro Quint. Id. Omis-  
 so illa vetera, quod istum in Remp. ille aluit,  
 auxit, armavit. Att. lib. 8. Id. Si id dol-  
 mus, quod eo iam frui nobis non licet; no-  
 strum est id malum. in Brut. Id. Accedit  
 aliud incommode, quod illa opinio. Att.  
 lib. I. Id. Nesque malo solatio, sed nonnullo  
 tamen consolamur; quod ipsius vicem mi-  
 nime dolemus. Attic. libr. 4. epist. 75. Che  
 noi &c.

**25** Verba etiam multa sunt, qua coniunc-  
 tionem [Quod] libenter adsciscunt. Cic. Ca-  
 to mirari se dicebat, quod non rideret Aru-  
 spex, Aruspicem cum vidisset. 2. de Diu. Che

non

non ridesse. Id. Sane gaudeo, quod te interpellauis. 1. de Leg. D'hauerai interrotto. Quibus locis [Quod] causa vim videtur obtinere. Id. Bene facis inquit, quod me adiuvas. 3. de Fin. Tu fai bene a darmi aiuto. Id. Feci mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me misisti. Att. lib. Tu m'hai fatto gran piaccre à mandarmi. Id. Accedit eo, quod mihi non est visum, ut quisque &c. Att. lib. 1. ep. 9. S'aggionge à questo, che non mi parue &c. Id. Accessit huc, quod postridie ille venit. lib. ep. Id. Non tibi obijcio, quod hominem omni argento spoliasti. 6. Ver. Id. Apparet quod aliud à terra sumpsimus, aliud ab humore. 1. de Nat. Deo. Quanquam verbum [Apparet] sapius infinito modo gaudes. In exemplis autem propositis, intelligi videatur [hoc, illud, vel aliquid eiusmodi].

Nihil est, quod.

26 Frequentissime [Quod] iungitur cum [Nihil est.] Cic. Nihil est, quod me inuites. In Pis. Non accade, che tu m'inuiti. Id. quare nihil est, quod ex tanto comitatu virorum amplissimorum me unum abstrahas. pro Syl. Id. In viam quod te des hoc tempore, nihil est. lib. 14. ep.

Quod, pro Quia.

27 Quod] pro [Quia] notius est, quam ut exemplis illustrandum esse videatur. Gaudet autem etiam indicandi Modo. Cic. Qui enim  
bea-

beator Epicurus, quod in patria viuebat, quā  
Metrodorus, quod Athenis? s. Tusc.

Quod eo.

28 Interdum adsciscit [Eo] pro [Idcirco].  
Cic. An quod probare populo Rom. fidem ve-  
ram & religionem non potueritis, eo vobis in  
dicandi potestas adempta sit? 3. Verr.

Quod si, certe, vel profecto.

29 Quod si] sape assumit [Certe] aut [pro-  
fecto] Cic. Quod si unquam sum visus in  
remp. fortis; me certe in illa causa admiratus  
esses. Att.lib. 1.ep. 14. Id. Quod si in eam me  
partem incitarem; profecto iam reperirem res-  
tendi viam. Att.lib. 10. Che se.

Quod si, tamen; tamen certe.

30 Alias adsciscit [Tamen] aut [Tamen  
certe.] Cic. Quod si ipsi hac neque attingere, ne  
que sensu nostro gustare possemus: tamen ca-  
mirari deberemus pro Arch. Id. Quod si esset  
ea perfidia, qua sunt ij, qui in nos hac confe-  
runt: tamen ea stultitia certè non fuisset, lib.  
3.ep. 10. Almen per certο.

Qui cum, & Quo cum.

31 Et si [Qui cum] usitatus est: tamen  
[Quo cum] inusitatum non est, utrumque au-  
tem usurpatur pro [Cum quo] quod usitatum  
non est. Cic. Eum qui cum bellum gerat, tam  
mollis nomine appellare. 1. Off. Id. Nemo est  
omnium, qui cum potius mihi, quam tecum  
communicandum putem. lib. 4. ep. 1. Id. Sic  
litteris sustentor & recreor, maloque in illa

tua

## Qui.quicunque. 239

tua sedecula, quam habes sub imagine Aristoteles sedere, quam in istorum sella curuli : tecumque apud te ambulare, quam cum eo, quocum video esse ambulandum. ad Att.lib. 4. epist. 9.

### Qui, pro Quomodo.

32 Qui, pro [quomodo] usitatum est ferme in interrogazione. Cic. Qui sit, ut ego nesciam: sciant omnes, quicunque Epicurei esse voluerunt? 2. de Fin. Come può esser, ch'io. Id. qui possumus Deum non nisi sempiternum intelligere? 1. de Nat. Deo. Id. Qui enim conuenit, ut qui in rebus improbis populares fuerint, iudicem. 7. Phil. Come stanno insieme queste cose? Id. Qui igitur conuenit ad aliam voluptate dicere naturam proficiisci, in alia. Et. 2. de Fin. Come può stare il dire &c.

### Quicunque, pro Quisquis.

33 Quicunque idem est, quod [quisquis] sed eius usus latius patet. Cic. quoscunque de te queri audiri, omni ratione placavi. lib. 1. ad Q. Fr. ep. 1. Chiunque. Id. quicquid erit, quacunque de re, quo cunque de genere. 1. de Or.

### Quicunque, pro Qualiscunque.

34 Quicunque] sape immixxit, & usurpat pro [qualiscunque] Cic. Oratori modo sum, aut etiam quicunque sum. In Orat. Id. Easque res nos primi; quicunque eramus, & quantumcunque, dicebamus &c. Ibid. Id.

240 Quicunque. Quicquid.

Is est Epicureus non penitus illi discipline, qui cunque illa sit, deditus. post red. in Sen. Qualunque ella si sia. Id. quemcunque casum fortuna dederit, & quacunque fortuna erit obligata. pro Mil. Qualunque.

Quicunque, pro Quantuscunque.

35 Alias auget, ut sit [quantuscunque.] Cic. Quacunque in equite Romano dignitas esse potest, eam in M. Calio semper habitam esse summam. pro Cal. Id. Quodcunque militum contrahere potestis, contrahatis. Att. lib. 8.

Quicquid, cum [Id, Idem, Id totum,  
Id omne,

36 Quicquid] adscisit [Id, Idem, Id totum, Id omne. Cic. In amicitia quicquid est: id & verum, & voluntarium est. de Amit. Plau. Mulier quicquid dixerat, idem ego dicebam. Menech. Cic. His difficilimis reip. temporibus, quicquid subuenientis, id erit totum, & proprium tuum. lib. 10. ep. 5. Id. Ter. Quicquid prater spem euenis, omne id depinabo esse in luce. Phorm.

De Aduerbijs QVI A, & QVONIAM. Cap. CLII.

1 **Q** via] causam reddit plarumque, & respicit [Quare] ut Grace oti, dicitur. Cice. ut bene vixisse videar quia cum

qui  
qua-  
for  
bla  
.]  
titas  
am  
mi-  
III.  
10-  
ff:  
nic.  
lice  
po-  
gn  
uid  
ln  
0-  
cum Scipione vixerim, de Sen. Per esser viuu-  
to. Quoniam] plarunque rei statum, aut con-  
dicionem declarat, & est idem, quod [Si qui-  
dem] vel Quando] seu [Quandoquidem. ]  
meam. Cic. Quoniam in populari ratione om-  
nis nostra versatur oratio; populariter inter-  
dum loqui necesse erit. 1. de Leg Poiche ogni  
nostro ragionare. Id. Quoniam tuita uis;  
nimium me gratum esse concedam. Pro Plac.  
Poiche così ti piace. Id. Quoniam quidem  
ea, quas scribimus &c. te etiam delectant. Att.  
lib. 2. ep. 26.

Quia, cum [Eo, idcirco, ideo propterea.

2 Interdum [Quia] preponitur, & cum [Ed,  
Idcirco, Ideo, Propriera] iungitur. Cice. Quia  
scripseras te proficiisci cogitare, eo te habere cen-  
sebam. Att. lib. 10. ep. 13. Id. Quia omnia quia  
Cato extulerat in calum; idcirco in eius sen-  
tentiam est facta discessio lib. 12. ep. 21. Id.  
Sed quia confido, mihi que persuadeo &c. ideo  
a te non dubitavi contendere, ut &c. lib. 13.  
ep. 7. Id. Quia semper animaduertit studiose  
te &c. propterea non dubito, quin &c. lib. 12.  
ep. 11. Perche sempre &c. però non dubi-  
to &c.

### Admonitio.

3 Quoniam] pro[ Quia ] nimis cum  
causa redditur, rarum est. Cic. Qui fortis est,  
idem est fidens, quoniam confidens mala con-  
suetudine in uitio ponitur. 3. Tusc. Seruius Cic.  
Tamen ei moriendum fuit, quoniam hemi-  
L nata

*mata erat.lib.4.ep.5.Quanquam hic locis, & alijs eiusmodi [Quoniam] pro [Si quidem] possum videri potest.*

### De Pronomine QVIDAM. Cap. CLIII.

1 **Q**uidam] certum hominem, aut re de clarat.Ter.Nec tibi obstat, quod quidam facit.Eun.Vn certo.Cice.Quidam ex amicis Sassia.Pro Cluen.Id.Tu pudore à d cendo, ac timiditate ingenua quadam refugi sti.2.de Orat.Vna certa.

Certus quidam.

2 Interdū magis significandi gratia, Cer tus] adiungitur.Cice.Quod si ille adstricetus certa quadam numerorum moderatione, ac pe dum.1.de Orat.Id.Cum sit quadam certa vox Romani generis, atque Vibis propria.3.de Orat.Vna particolar voce.

Quidam per emphasis.

3 **Quidam]** sepe vim, atque emphasis ad dit, significatque rem tantam esse, ut uerbis exprimi non possit.Cic.Quoniam tibi incredibilem quedam amorem, & omnia in te ipsum summa, & singularia studia deberem.lib.1. ep.9.Id.Incredibili quadā magnitudine consilij Atheniensis Themistocles.2.de Orat.Id.Crassi quidem responsum excellentis cuiusdā est ingenij, ac singularis.2. de Orat.Id.Quod

magni

magni cuiusdam hominis, & persapientis videtur. De Prou. Consul. Id. Ut in his quiddam diuinum esse diceret. 1. Acad. Id. Commemoranda quadam, & diuina Cæsar's liberalitas. lib. I. ep. 9. Una certa.

## Maior quidam.

¶ Cic. Sed audio maiorem quendam in urbe timorem esse. Att. lib. Una gran paura. Id. Verbum mihi deest, cum ego hanc regiam potestatem appello: sed profecto maior est quædam. 2. Agr. Id. Sed nimurum maius est hoc quiddam, quam vulgo opinantur. 1. de Orat. Non so che più di quel che &c.

## Cuiusdam modi.

5 Cic. Iam uero animus non esse solum, sed etiam cuiusdam medi esse debet. 5. De Fin. D'una certa sorte. D'un modo si fatto.

## De Aduerbio QVIDEM.

## Cap. CLIII.

Quidem, cum nominibus proprijs.  
absolute.

1 **Q**uidem] nominibus proprijs eleganter iungitur in principijs. Cice. Cyrus quidem apud Xenophontem in eo sermone, &c. De Senten. Κύρως μέν. Id. Theophrastus quidem Tauriscum quendam dixit. 3. de Orat.

Quidem, cum Pronominibus absolute.

2 Sæpius pronomini bus: sed in si nem magis, aut in medio, quam in principio. Cic. Fortius tu quidem quam nonnulli &c. pro Planc. Id. Nimis iracunde tu quidem, & valde intemperanter. i. Phil. Id. Quanquam de morte P. Clodij fuit quaestio non satis prudèter illa quidem constituta. Pro Mil. Id. Tantum doleo, & mirificè quidem. Att. lib. 2. ep. 34.

Quidem, cum [ Sed, Sed tamen, Verum tamen ] .

3 Plerunque assumit [ Sed ] aut aliquid eius modi. Cic. Superiorem quidem nunquam, sed sparem me vobis speravi esse factum. lib. 3. ep. 7. Id. Ceteri quidem fæde perierunt, at Cato preclare. lib. 9. epist. 18. Id. Misera est illa quidem consolatio &c. sed tamen necessaria. lib. 6. epist. 2. Ella è bene una meschina consolatione: ma necessaria però. Id. Sed est varius illud quidem, verum tamen multiplex pueri ingenium. Att. lib. 6. ep. 2. Egli è ben uario, ma pure.

Quidem certe, pro Saltem.

4 Quidem certè] pro [ Saltem ] subiicitur. Adhibetur autem, cum res dubia antecedit. Cic. Spero me ubi causam probasse; cupio quidem certe. Att. lib. 1. ep. Almeno io lo desidero. Id. Si minus &c illa quidem certe capiebantur. 6. Ver. Id. Qui ut summa haberem certa, temporis quidem certe uix satis habui.

*Pro Quint. Come ch'io haueffi l'altre cose  
in sommo; del tempo ( vi sò dire ) à pena  
n'hebbi à bastanza. Id. Quam sapienter non  
disputo; constanter quidem, & fortiter certe-  
de Prou. Cons.*

Quidem profecto.

*Quidem profecto ] vehementius affir-  
mat. Cic. Nunc quidem profecto Roma est. Att.  
libro 6.*

## De Pronomine QVISPIAM, & QVISQUAM. Cap. CLV.

*1 Qvispiam] incertum aliquem signifi-  
cat, Cic. Quaret fortasse quispiam.  
Pro Cluen. Domanderà alcuno. Id. Pecu-  
niā si cuiquam fortuna ademit. Pro Quint.  
Id. Aliquod quodpiam membrum. 3. Tuscul.  
Vn qualche membro. Id. Nec si uredo, aut  
grando quidpiam noruit. 3. De Nat. Deo. Ha-  
fatto qualche danno.*

*2 Quisquam] occultam quandam augendi  
uim habet, idem q̄ p̄ne est, quod [v̄llus] ac sa-  
pe in comparatione adhibetur.*

Quisquam, in comparatione.

*3 Cice. Nisi uos fortiores cognossem, quam  
quemquam uirum. lib. 14. ep 7. Di qualun-  
que huomo. Id. Nemier quemquam omnium  
plures facit, quam me. Attio. Non istima  
persona del mondo più di me. Id. Tertior his*

**Tyrannus Syracusis fuit, quam quisquam superiorum.** 7. Ver. Che qualunque altro de passati.

Quisquam, cum interrogazione.

4 **Iungitur interdum cum interrogazione.** Cice. Ab hoc igitur quisquam bellum timeat? 10. Phil. Euui alcuno mai, che tema? Id. Hanc Deam quisquam violare audeat? Pro Do. Id. Et quisquam dubitabit quid uirtute perfecturus sit, qui &c. Pro leg. Man. Et vi sarà, chi dubiti. Id. Et est quisquam, qui cū hoc cognorit, suspicari possit, &c. Pro Cluen.

Quisquam, cum si.

5 **Alias cum ] Si.** Ter. Si quisquam est, qui placere se studeat bonis. Eun. Se ci è alcuno. Cic. Si quisquam est facilis, hic est. Att. lib. 14. Se vi è huomo trattabile, questi è vno.

Quo hoc, Quo eo, pro [Tanto quanto].

6 **Quo hoc, quo eo, pro [Tanto, quanto], eleganter ponuntur.** Cic. Sed quo erant suauiores, eo maiorem dolorem ille casus afferebat. Ad Quint. Fr. lib. 3. ep. 1. Id Quo difficilius, hoc praeclarius. 1. Offic. Quanto più difficile, tanto più ecceiente cosa.

Quo, absolute cum comparatiuis.

7 Cic. Quo gravior tua liberalitas C. Caesar, nobis, q illa uidemus, debet esse. Pro M. Mar. Perilche tanto più grata. Id. Quo etiam mihi indignius videatur obrectatum esse adhuc Gabinio dicam, an Pompeios an virique? Pro leg. Man. Onde tanto più &c.

Quo,

Quo, pro Ut, cum [Idcirco].

8 Quò] pro [Ut] interdum assumit [Idcirco.] Cic. Quo facilius probaret illa Romani hominis esse, idcirco &c. Att. lib. 1. epist. 17. Per prouare più ageuolmente &c. però &c.

Quominus, pro Ne.

9 Quominus ] dicitur pro [Utminus] id est [Ne] sed ferè certis cum verbis iungitur, Cic. Nihil impedit, quo minus id quod maxime placeat, facere possimus. li. 1. de Fin. Niuna cosa ci tiene, che non possiamo fare. Id. Non repugnabo, quominus omnia legant. 2. de Oratione. Id. Mors non deterret, quo minus &c. 1. Tusc. Id. Nihil desideramus, quo minus Epirum ipsam possidere videamur. Att lib. 2. Id. Nihil de me tulistis, quo minus essem in ciuium numero. Pro Do. Id. Nullis ut terminis circumscribat ius suum, quo minus liceat vagari, quo velit primo de Ora. Id. Interpellat me, quo minus honoratus sim; dum ne interpellent, quo minus res publica à me commodo administrari possit. libro primo, ep. 10. Id. Nemini ciuita, quo minus adesses, iusta excusatio est usia. In Pis. Giusta scusa di non trouartiu presente. Id. Quare religio C. Mario fuerit, quo minus C. Glauciam Pratorem occideret. 1. Catil. Che scrupulo habbia hauuto Mario di non amazzare Glaucia.

Quo minus, pro quanto minus.

10 Sape[Quominus] usurpatur pro [Quantominus] Cic. Nam quo minus ingenio pos-

L 4 sum;

sum; subsidio mihi diligentiam comparaui.  
Pro Quint. Id. Quo minus familiaris sum,  
hoc sum ad investigandum curiosior.lib.4.ep.  
33. Id. Quo minus multa patent in eorum Philosophorum vita, qua fortuna feriat, & quo minus multis rebus egent. I. Offic.

Non quo, pro Non Quod, cum Sed.

11 Non quo] pro[ Non quod] interdum adsciscit[ Sed] Sed quia] Sed quod.] Cic. Non quo ea sit mihi quicquam carius, sed desperatissimam Hippocrates uetat adhiberi medicinam. lib. 16. ep. 14. Non che io habbi cosa piu cara. Non quo de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi, rogo. lib. 12. ep. 17. Id. Non quo ego certo scirem: sed quod non difficilis erat coniectura. lib. 6. ep. 4. Non che io lo sapessi certo.

Non quo, sed tamen. Non quod, sed ut.

12 Interdum assumit[ Sed tamen] uel[ Sed ut. Cic. Non quo illa( oratione) Latij quicquam sit dulciss: sed multo tamen uerustior, atque horridior, quam superiores. In Brut. Id. Non quo haberem magnopere quid scriberem: sed ut loquerer tecum absens. libro septimo, epist. 15. Non perch' io hauessi, che scriuere piu che tanto.

### Quoad.

13 Quoad] referitur ad[ Quousque] & terminum plarumque temporis, loci, alteriusve rei declarat. Cicero. Quousque inquies? quoad erit integrum. Att. lib. Sine à quando? Sino

Sino à tanto che. Id. Domi sua pirata à quo tempore capti sunt, quoad per me licitum est, fuerint. 3. Ver. Id. Quoad fuit in urbe, eis consilijs obstiti. 2. Catil. Sino à tanto che fu. Id. Quoad potuit, restitit. De Sen. Si anche puo te. Id. Quoad longissime potest meus mea respicere spatum prateriti temporis. Pro Arch. Per quanto puo. Id. Mibi Antonius peruenisse videtur. quoad progredi potuerit, feri hominis amentia. 11. Phil. Mi pare che sia giunti, infin doue puo arriuare &c.

## Admonitio.

14 Quoad hec, Quoad illud ] Latine dici non videtur. Sed [ Quod ad hoc spectat ] Quod ad illud pertinet.

## Quoad eius.

15 Interdum adhibetur [ Eius ] elegans gratia. Cic. Non prætermittes, quoad eius facere poteris, scribere ad me. Att. lib. 10. Per quanto potrai. Id. Si eam (provinciam) quoad eius facere potueris quam expeditissimam mibi tradideris. lib. 3. epist.

## De Aduerbijs Quomodo, Quoquo- uersus, Quorsum, Quocir- ca, Quin, Quippe.

## Cap. CLVI.

**Q**uomodo adverbium, ex Quo, & Mo do factum appareat. Cic. Quomodo eti men commentarium confirmaret, non inueniebat.

250 Quomodo.

riebar. Pro Rosc. Amer. Come potesse verificare. Id. Nullum est praeceptum, quo modo usum inueniatur, sed tantum quo modo iudicetur. 2. de Orat. Del come. πεπί τά πον.

Quomodo, admirantis.

2 Interdum seruit admirationi. Cic. Qui nunc quomodo occurrunt? quomodo autem se venditant Casari? Att. lib. 8. ep. vlt. Id. Quomodo expectabam epistolam, quam Philotimo dedisses. Att. lib. 7. ep. 2.

Admonitio.

3 Usitatus multo est [Vt.] lege [Vt, admirantis.

Quomodo, pro Vt. vel sicut.

4 Nonnunquam Quomodo, usurpatur pro [Vt, vel sicut. Cic. De familia, quo modo amici placuisse scribis, faciemus. lib. 14. ep. Id. Postulatio breuis, & quo modo mihi persuadeo, aliquanto equior. Pro Rosc. Am. Per quanto in modo ad intendere. Id. Hominem, quo modo gloriari solet, ducentis confixum Senatus consuliis. De Arusp. resp.

Quomodo: ita, vel sic.

5 Alias adsciscit [Ita.] vel [Sic. Cic. Quomodo hominum inter homines iuris esse vincula putant: sic homini nihil iuris esse cum bestijs. 3. de Fin. Plaut. Necesse est, quo tu me modi vis esse, ita esse mater. Cistel.

Quomodo nunc, pro prout nunc.

6 Quomodo nunc est] pro ut nunc. Cic. Nam, quo modo nunc est; pedem ubi ponat in suo

non

## Quomodo. Quoquouersus. 251

non habet. Att.lib.13. A quel che passa al  
presente. Id Quo modo nunc istorum se artes  
habent; pertimescenda est multis tudo causa-  
rum. 2.de Or.

### Quomodocumque.

7 Quomodocumque] est [Quocumque modo.  
Cic. Hoc cum in amicitijs dicitur &c. quomo-  
documque dicitur, intelligi tamen quicquid di-  
citur, potest. 3.de Fin. Comunque si dica.

### Quoquouersus, & Quoquouersum.

8 Quoquouersus] est versus quemcumque lo-  
cum. Cæs. Eius imperio classem quoquouersus  
demittant. lib.1.de bel. ciu. In ogni banda  
Id. Parebat hæc quoquouersus pedes xxx. 2.de.  
bel.ciu. Per ogni verso. Per ogni banda Id.  
Rates duplices quoquouersum pedibus trigin-  
ta è regione portus collocabat lib.1.de bel.ciu.  
Cic. Circumque eam (statuam) locum gladia-  
toribus, ludisque liberis, posterosque eius quo-  
quo versus pedes quinque habere. 9 Phil. Sunt  
qui legant [Quaqua versus] quam recte: alij  
viderint.

### Quorsum, & Quorsus, pro Quo versus.

9. Quorsum, & Quorsus, facta sunt ex [quo]  
& [versus] Verso qual banda. Cic. Quor-  
sum id casurum esset, verebar. Att.lib.5. In  
che parte fosse per riuscire. Doue venisse à  
dare. Id. Quorsum recidat responsum tuum;  
non magnopere labore. pro Rosc.Com. Id. Ve-  
stribac confirmant interpretādo quorsū quidquis  
pertineat. 1.de Nat. Deo. Id. Quorsus hac per-

L 6 tinent.

252 Quorsum. Quocirca. Quin.  
tinent. I. de Leg. Doue vanno à parare que-  
ste cose?

Quorsum, & Quorsus, pro, Ad quem  
finem.

10 Sape Quorsum] & [Quorsus] signifi-  
cant [Ad quem finem.] Cicer. Quorsum haec  
quia sine socijs nemo quicquam tale conatur.  
De Amic. Id. Quorsum tandem ista, aut cur,  
queris? lib. I. de Leg. A che proposito que-  
sto? Id. Quorsum igitur hac disputo? quorsum?  
ut intelligatis &c. Post red. ad Quirites. Id.  
Quorsum igitur hac spectat oratio? I. Tusc.  
Che voglio inferir per questo? Id. Quorsus  
inquam istuc? nō enim intelligo, In Brut. Che  
vuoi tu dir per questo?

Admonitio.

11 Quorsus] & rarum est, & redoleat anti-  
quitatem. [Quorsum] longe usitatus.

Quocirca.

12 Dictum videtur quasi [Circa quod.] V-  
surpatur autem pro [Quamobrem. Cic. Quo-  
circa bene apud maiores nostros Senatus decre-  
uit. I. de Diu. Id. Quocirca nihil esse tam dete-  
stabile, tamque pestiferum, quam volupta-  
tem. De Sen.

Quin, cum interrogatione, pro Cur  
non?

13 Quin] adverbium dictum quasi [Quid  
non? Itaque pro [Cur non] usurpari solet. Te-  
ren. Quin taces? And. Che non taci? Cic. quin  
prodis? 2. de Or. Perche non esci tu fuori. Id.  
quid

quid moror in terris ? quin huc ad vos venire  
propero? lib. 6. de Rep. Id. Quin tu aspicis ad te  
venientem Paulum patrem? Ibid. Che fai tu,  
che non guardi ? Id. Quin tu urges occasio-  
nem istam? lib. 7. ep. 8. Id. Quin tu huc aduo-  
las? Att. lib. 4. Che stai à fare, che non te ne  
vieni quà volando. Id. Quin continetis vo-  
cem indicem stultitiae vestrae? Pro Rab. Perd.  
Che non tenete à voi vna voce &c.

Quin, pro Quod non, vel Quominus.

14 Interdum [Quin] usurpatur pro [Quod  
non]. Cic. Non quin dissentiam, sed quod. lib. ep.  
Non che io non sia di contrario parere.  
Id. Non quin rectum esset, sed quia, Att. lib.  
Non perche non fosse giusto Id. Non idcir  
eo Isocrates causas non defendit, quin id utile  
esse, & honestum existimaret. Perche ei non  
pensasse. In Brut. Id. Causa nihil esset, quin  
secus iudicaret. Pro Quint.

Quin, cum Dubito, Prætermitto,  
Possum.

15 Sape iungitur [Quin] cum verbis [Du-  
bito, Prætermitto, Possum] & alijs eiusmodi.  
Cic. Id. Quo quidem apparatu non dubito,  
quin equissimo animo carueris. lib. 7. ep. 1. Id.  
Quod si acciderit, non dubitat, quin breui  
Troia sit peritura. De Sen. Non quod dubita-  
retis, quin nihil ab isto, nihil legibus, nihil iu-  
re, nihil re ligione esset actum. Pro Do. Id. Equi-  
dem nihil prætermisi, quantum facere potui,  
quin Pompeium à Caesaris coniunctione auoca-  
rem.

rem. 2. Phil. Id. Causæ nihil dico, quin ita sit. Pro Quinct. Id. Facere non possum, quin quotidie ad te mittam. Att lib. 12. Id. prorsus nihil abest, quin sim miserrimus. lib. 14. ep. Non manca niente per essere io misero à fatto.

## Admonitio.

16 Dubito, cum significat [Audere] iungi selet cum infinito potius, quam cum Quin. Cic. Mancinus in Senatum introire non dubitauit. 1. de Orat. Id. Te hominem amicissimum, & aliquot annos minorem natu non dubio monere. 2. Acad.

At cum dubitationem significat infinitum respuit apud Oratores. Itaque non dices, [Nō dubito refacturum sed [Quin sis facturus] ita [Quin ille si venturus] non [Illum esse venturum] & cetera eodem modo: si quidem precedat negatio. Alioquin adsciscit [An, Verū, De, Quid, Hoc, aut aliquid eiusmodi. Plaut. At etiam dubitavi hos homines emerem, an non emerem diu. Capt. Cic. Infinite dubitare, virum si viilius, propter multos improbos uniparcere. an &c. 3. Ver. Id. Potes de damnatione dubitare. 7. Ver. Id. Tum vero dubitabit, quid si extreum. 4. Acad. Id. Hoc non impedit dubitare Philosophos, quod ne rustici quidem dubitent. 3. Off.

Quin, pro Qui non, Quæ non,  
Quod non.

17 Sape [Quin] usurpatur pro [Qui non]  
Quæ

Qua non, Quod non.] Cic. Nemo Lylibei fuit, quin viderit; nemo in Sicilia, quin audierit. 7. Ver. Il qual non habbia veduto. Id. Nega ullam gemmam, aut margaritam fuisse, quin quasierit, inspexerit, abstulerit. 6. Ver. hoc est, Quam non. Id. De qua aqua, & via nihil pratermissi quadam epistola &c. quin enucleate ad te perscriberem. Ad Quint. Fr. lib. I. Pro [Quod non] Id. Dies fere nullus est, quin hic Satyrus domum meam ventitet. Att. lib. I. id est, Quo non.

Quia sine interrogatione, pro Immo. Quin etiam, pro Immo etiam.

18 Interdum autem Aduerbium [Quin] usurpatur per Immo. Cic. Quin hinc ipse euolare cupio. lib. ep. Id. Quin sic attendite Iud. Nempe haec est questio de interitu Clodij. Pra Mil. Id. Quin etiam necesse erit cupere, & opicare, ut quam sapissime peccet amicus. De Amic. Anzi di più. Id. Delectatio nulla extit: quin etiam misericordia consecuta est. lib. 7. ep. I.

## De Aduerbio QVIPPE. Cap. CLVII.

Quippe, pro Certe, aut Videlicet.

**Q**VIPPE] idem fere est, quod [Certe] & eodem modo etiam subjicitur, aut reiij citur in extremum, Cic. Dixisti quippe.

quippe.iam fixum, & statutum est. Pro Mnr.  
Per certo tu dicesti. Id. Recte igitur dices,  
te restituisse? quippe. Pro Cecin. Si per certo.  
Id. Ergo ad cœnam, petitionis causa, si quis vo-  
cat, condemnetur? Quippe, inquit. Pro Mnr.  
Si dice. Dice di sì.

Quippe, per Ironiam.

2 Virg. Quippe veter fatis. Pallas ne &c.  
lib. 1. Aen. Cic. Mouet quippe me lumen curia:  
Pro Mil. Si certo. Ti so dire.

Quippe, pro Vtpote.

3 Interdum usurpatur pro [Vtpote. Cic. Sol  
Democrito magnus videtur, quippe homini eru-  
dito. 1. de Fin. Come à persona dotta. Id. Nō  
puto existimare te ambitione me labi, quippe  
de mortuo. In Brut.

4 Alias pro[Quia] vel[Nam Cic. Harebat  
nebulo: quo se verteret, non habebat. quippe in  
his ipsis temporibus dicebatur &c. 2. Phil. Id.  
Leue nomen habet utraque res. Quippe leue  
est totum hoc, risum mouere. 2. de Or. Perche  
in vero. Id. Iam fateor, inquit, in Gabinium  
me nefarium fuisse: quippe vides &c. Pro Do.  
Poiche tu vedi.

Quippe qui, quæ, quod. pro Vtpote  
qui, quæ, quod.

5 Cicer. Coniuicia cum fratre non inibat,  
quippe qui ne in oppidum quidem nisi perra-  
reniret. Pro Rosc. Am. Come quello, che.  
Id. Quippe qua in lege scripta non sit. 1. de  
Inu.

Quippe

Quippe cum, pro Vtpote cum.

6 Cic. Harum igitur duarum ad fidem faciendam iustitia plus posset, quippe cum ea sine prudentia satis habeat authoritatis. 2. Off. Come quella, che.

De Pronominibus *QVIS QVIS, & QVISQUE.* Cap. CLVIII.

1 **Q**uisquis] est [Quicunque. Cicero, Quisquis est ille, si modo est aliquis in Brus. Chiunque. Plaut. Quisquis es adole- scens: operam fac &c. Pseud.

2 Quisque, idem quod [Unusquisque. Ciascuno. Post poni autem solet pronomini, aut nomini. Cic. Edixit, ut quod quisque à sacris ha- beret, in suum quodq; fanum referret. 2. do- Nat. Deo. Che ciascuno riportasse quel, che hauesse: ciascuna cosa al suo tempio. Id. In quo quisque artificio excellit, is in suo genero. Roscius dicitur. 1, de Or. Id. In cateris suis est cuiusq; certus sonus. de opt. gen. or. Id. Vi sua quemque fortuna maxime parireat. lib. 6. ep.. Per modo, che ciascuno stia mal contento della sua sorte. Id. Nihil dulcius hominum generi à natura datum est, quam sui cuiq; li- beri. Post red. ad Quir. Id. Tertio quoque ver- bo excitabantur. Pro Rab. Per. Ad ognit tre parole. Id. Quinto quoque anno Sicilia cense- iur. 4. Ver. Ogni cinque anni.

Ad-

## Admonitio.

3 Cum adest pronomen [Se, Suis, Qui, Terius] aut aliud eiusmodi; [Quisque] prponi non solet, sed postponi. sic [Se quisque diligit. Sua quemq; delectant, Quo d. cuiq; obligit, Octavo quoque die.]

4 Quod si nihil est eiusmodi, liberius usurpatur. Cic. Principatus, quo nihil in quoque genere potest esse praestans. 1. de Nat. Deo. In ciascun genere di cose.

5 Poet& autem, etiam cum adest pronomen [Suis] liberiores sunt. Virg. Quisque suos patimur manes. lib. 6. Aen.

Vt Quisque, cum duobus superlatiis.

5 Sape [Quisque] cum duobus superlatiis copularur. Cic. Optimus quisque a quissimo animo moritur. de Sen. Quanto uno è più huomo da bene, tanto muore con l'animo più riposo. Id. Optimum quodq; rarissimum est. 1. de Fin. Quanto la cosa è migliore, tanto è più rara. Id. Vt quisque est vir optimus: ita difficillime alios esse improbas suspicatur. ad Q. Fr. lib. 1. ep. 1. Id. Vt quisque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem timet. 1. de Orat. Quanto più alcun'è miglior dicitore, tanto più teme &c.

## Admonitio.

6 Cum antecedit [Vt quisque] cum suo superlativo, comparatum sine flagitio subjici non potest, sed alterum superlativum reddi speriet. Quod si antecedit [Quo quisque] num vero

vero comparatiuus geminatur. Cic. Quo quisque est ingeniosior, hoc docet laboriosius. Pro Resc. Com. Verum id rarum admodum est, contraque [Ut quisque] cum gemino superlativo, usitatissimum.

## Quotusquisque.

7 Quotus quisque] respicit illum numerum. [Decimus quisque, Centesimusquisq; &c. Cic. Quotusquisq; enim formosus est? 1. de Nat. Deo. D'ogni quanti vno? cioè, à penad'ogni cento, ouer anco d'ogni mille vno. Id. Quotus enim quisque disertus? quotusquisque uiris peritus? Pro Planc. Id. Quotusquisq; enim est, qui hanc in Rep. sectam sequatur? Pro Flac. Id. Quotus enim quisque Philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, ut ratio postulat? Tusc. 2. Id. Quota eniu quaque res evenit predicta ab istis? 2. de Diuin.

## Decimus quisque &amp;c.

8 Decimus quisque, est [Vnus è decem] Centesimus quisque] Vnus è centum. D'ogni cento uno. Liu. Cetera multitudo sorte decimusquisq; ad supplicium lecti. lib. 2. D'ogni dieci vno.

## De Pronomin. QVOT, &amp; QVOTVS

## Cap. CLIX.

1 **Q**uot refertur ad numerum, cui respondeat [Tot, vel Totidem. Cic. Vi quot Ora-

## 260 Quotus. Quoties.

Oratores totidem reperiantur genera dicendi.  
 3. de Orat. Quanti, tanti, ouer altretanti. de  
 Orat. Quotus ad numerum ordinandi, pri-  
 mus, secundus, tertius. Hor. Dic quotus esse  
 velis, rescribe. I. ep. 5. Dicitur, in che luogou  
 vuoi star in tauola &c. Id est, tertius, an qua-  
 tus conuina. Id. Hora quosa est? 2. Ser. Sat. 6.  
 Ouid. Qui quota terroris pare solet esse mei?  
 1. de Pon. eleg. 10. id est, vix millesima pars.  
 Cic. Quotus erit iste denarius, qui nou sit defi-  
 rendus? 5. Ver. id est [Vix centesimus] Plu-  
 rumq; autem Quotus, apud Ciceronem assu-  
 mi? [Quisque] ut sit Quotus quisque.

## De Aduerbijs QVOTIES, & QVOTIESCVNQVE. Cap. CLX.

**Q**uoties, toties. Quotiescunque.  
 Toties est, quod barbari dicunt [Quot  
 vicibus] & refertur ad Toties. Cic.  
 Quoties dicitur, toties de nobis iudicatur. lib.  
 1. do Orat. Quoties patria videret, toties se  
 beneficium meum videre &c. Att. lib. 1.  
 ep. 12.

Interdum assumit [Cumque. Cic. Quoties-  
 scunque dico, toties mihi videor in iudicium  
 venire non ingenij modo, sed etiam virtutis.  
 Pro Cluen. Id. Quin prodis mi Spuri, ut quo-  
 tiescunq; gradum facias, toties tibi tuarum  
 virium veniat in mentem? 2. de Or.

Quo-

Quoties. Quotiescunque. 261

Quoties, & Quotiescunque, absolute.

2 Interdum absolute ponitur. Cic. Quoties iam, quoties tibi extorta est sica ista de manibus? i. Catil. Quante volte hormai. Cæs. Quoties quæq; cohors procurrerat: ab ea parte magnus hostium numerus cædebat. lib. 5. de bel. Gal. Cic. Is quotiescunq; me viderit, ingemiscet. Pro Sext. Vbi [Toties] intelligitur.

## De Aduerbio QVOTIDIE.

Cap. CLXI.

1 **Q** uotidie est [Singulis diebus. Cic. Quoties inter nos ea, qua audiebamus conferebamus. lib. 1. de Fin. Ogni giorno.

Quotidie magis. Quotidie plus.

2 Quotidie magis] Quotidie plus] idem quod [In dies magis] Cic. Me quotidie Caesar magis amplectitur. lib. 6. Id. Quotidie magis magisq; perdit homines tectis, ac templis urbis minarentur, i. Phil. Id. Alter valet quotidie plus, alter videt. 4. de Fin. Id Quod scribis te à Cesare quotidie plus dilig; immortali gaudeo. Ad Q. Fr. lib. 3. Ogni di più.

Quotidie, cum alijs comparatiuis.

3 Iungitur etiam cum alijs comparatiuis. Cic. Quotidie, vel potius in singulos dies, breuiores ad te litteras mitto. Att. li. 5. Ogni di, o più tosto di giorno in giorno più breve. Id.

Sed

262 Quotidie. Quousque.

Sed hoc intelligimus eum quotidie remissius & placatus ferre.lib. 6.epist.

De Aduerbio QVOVSQVE.  
Cap. CLXII.

1 **Q** [Vouſque] non ſolum ad locum, ſed ſapientia ad tempus refertur. Cic. Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra? 1. Catil. Sino à quando mai? Id. Quousque inquies? quo ad erit integrum. Att. lib. 15. Id. Quousque ludis? lib. 1. de Nat. Deo. Id. Quousque iſta dicas? Nihil &c. Pro Flana. Sino à quando.

De RELIQUVM EST, & RESTAT.  
Cap. CLXIII.

Reliquum est ut, Reliquum est, ne.

2 **R** [Eliquum est] idem est, quod [Reſtat]: ſed [Restat, cum [Ut, inngitur, Reliquum est, etiam cum [Ne. Cic. Restat ut ijs reſpondeam, qui &c. 2. Acad. Id. Reliquum est, ut te orem, ut &c. Ad Q. Fr. lib. 1. ep. 1. Id. Reliquum est, ne quid ſulte, ne quid temere dicam contra potentes.lib. 9. epift. 16.

Reliquum est, absolute.

3 Interdum etiam absolute ponitur. Cic. Reliquum est, quod ipſi optime conſiderabitis, veſtri

stri similes fœmina sunt ne Roma. lib. 14. ep.  
3 Nonnunquam [Relinquitur] pro [Reliquum est] usurpatur. Cic. Relinquitor illud, quod vociferari non destituit, non debuisse &c. Pro Flac.

Quod reliquum est, De reliquo.

4 Quod reliquum est] idem est, quod [De reliquo.] Cic. Quod reliquum est, munus tuum tuere. lib. 10. ep. 11. Id. Quod reliquum est, velim augeas tua in eum beneficia. lib. 13. ep. 28. Quanto al resto. Id. De reliquo si dignum eum tua amicitia, hospitioq; cognoueris: pero, ut eum complectare. lib. 13. ep. penul. Del resto.

## De Aduerbio SATIS.

### Cap. CLXIIII.

Satis, absolute.

1 **S**atis] non est idem quod [Valde] sed quod [Sat est] & [sufficit.] Cicero. Animo istuc satis est, auribus non est satis. In Orat. Basta all'animo, all'orecchie non basta. Id. Mibi fere satis est, quod vixi, vel ad etatem, vel ad gloriam. 2. Phil. Id. Satis de rebus nostris, vel etiam nimium multa. lib. 4. A bastanza, ouer anche d'auantaggio.

Satis, cum nominibus.

2 Sape cum nominibus iungitur. Cic. Cum Latinis litteris, tum Gracis satis eruditus.

In

*In Brut.* Sufficientemente. Affai bene let-  
terato in Latino, & in Greco. Id. Homonu  
infacetus, & satis literatus. 3. Off. Id. Satis  
multa, vel plura potius, quam necesse fuit.  
lib. 6. ep. Id. Negabat ullam satis magnam  
pecuniam esse ei, qui in rep. princeps velle es-  
se. 1. Off. Si grande, quanto bisognerebbe.  
3 Interdum tanquam nomen neutrius ge-  
neris genitium assumit. Vnde illa, Satis erit  
signi. Satis temporis non habui, Satis ingenij,  
Satis doctrina.

Satis, cum verbis, & aduerbijs.

4 Sape etiam cum verbis, & aduerbijs co-  
pulatur. Cic. Satis mirari non queo hominis  
negligentiam. Att. lib. 10. Id. Non satis oc-  
currit, quod scribam. lib. 12. epist. Non mi-  
souiene troppo. Id. Non satis intelligebam.  
2. Acad. Non intendeuo troppo bene. Id.  
Sed cum agellus eum non satis aleret, ut opin-  
nor; ludi magister fuit. lib. 1. de Nat. Deo.  
Non essendo bastante à mantenerlo. Id.  
*Hanc laudare pro dignitate nemo satis com-  
mode posset. Pro Rosc. Am. Lodarla à bastan-  
za, conforme à i meriti suoi, non potrebbe  
alcuno commodamente.*

Satis, superque.

5 Satis superque] est [Satis. & plusquam  
satis.] Cic. Contra Epicurum satis superque  
dictum est. 1. de Nat. Deo. S'è detto pur trop-  
po. Id. Satis superq; habeo, quod mihi dede-  
riss &c. Pro Rosc. Mi basta d'auanzo. Id. Satis

su-

superque prudentes sunt, qui &c. lib. de O<sup>r</sup>at.  
D'auantaggio. Id. Mihi uidetur satis super-  
que istorum studijs, si modo sunt studiosi, es-  
se factum. i. de O<sup>r</sup>at. Pur troppo: Compita-  
mente,

## De Aduerbio SCILICET.

### Cap. CLXV.

**S**cilicet dictum quasi [Scire licet] Vsur-  
patur pro[Certe] aut [Videlicet. S'in-  
tende. Per certo. Cic. Scilicet id agitur, utrum  
hac petitione, an proxima Prator fias lib. 10.  
ep. 26. Id. Me scilicet latronem, ac sicarium  
abiecti homines, ac perditi designabant. Pro.  
Mil. Id. De Lentulo, scilicet sic fero, ut debeo.  
Att. lib. 4. ep 75. Id. Si iaceo oppressus, & ca-  
ptus, quo dolore esse debeo? pro te scilicet. Att.  
lib. 4. ep. 75.

Scilicet, per Ironiam.

**N**on raro usurpatur per Ironiam. Cic. Sci-  
licet tibi grauiorem dolorem patrui tui mors  
attulit, quam C. Graccho fratris. Pro Rab.  
Perd. Si per certo. Id. Consumetur, inquit, sci-  
licet, consumetur legitimum illud quinquen-  
nium. 4. Ver. Missersi, buono, sò dire. Id. Id  
populus curat scilicet, Att. lib. 13. ex Teren. A  
punto ti sò dire.

*De Aduerbio SECUS.*  
Cap. CLXVI.

1 **S**ecus] idem est, quod [Aliter.] Cic. Non modicet secus. In Brut. Id. Et si non nullis idem videatur secus. lib. 6. epist. 4. Alterimenti.

Secus, pro Male.

2 Interdum negandi vim habet. Cicero. Rite an secus, nihil ad nos. In Pis. Id. Nobis alter videtur, recte, secus ne &c. Post red. Bene, & male. Id. Affirmat à se nihil cuiquam densecus esse dictum. Att. lib. 1. ep. penul. Id. Di tuuo in me animo inquis, secus existimandi videris non nihil loci dedisse. lib. 3. ep. Di penfare sinistramente.

Ac si, atque, quam.

3 Sape adsciscit [Ac, Ac si, Atque, Quum. Cic. Cuius ego salutem non secus ac meā tueri debo. Pro Planc. Non alterimenti. che. Id. Non secus ac si meus esset frater. Pro Mur. Id. Sed aliquanto secus, atque in tradenda arti dici solet. In Orat. Id. Mihi autem erit maxima cura, ne quid fiat secus, quam volumus. Att. lib. 6. ep. 2. Id. Ab his non multo secus quam à Poetis hac eloquentia, quam quarimus, revocanda est. In Orat.

Admonitio.

4 Non secus ab usurpatur in sequente con sonante,

sonante. Non secus atque] in sequente vocali.  
Non secus quam] tum in sequente consonante,  
tum in sequente vocali.

De Prepositione SECUNDUM.  
Cap. CLXVII.

1 **P**rapositio [Secundum] à Secus, vel Se-  
quor ducta est. propriè autem est [Pra-  
ter. Cic. An iret ad tres legiones Macedonicas,  
qua iret secundum mare superum faciunt.  
Att. lib. 16. Lungo il mare Adriatico. Id. Es-  
si secundum mare ad me ire cœpisset, confe-  
stim in Samnium ad me venturum. Att. l. 8  
Lungo la marina.

Secundum, pro Post.

2 Plarumque] pro [Post] usurpatur. Cicer.  
Spem ostendis secundum comitia. Att. lib. 3.  
Subito fatto i comitij. Id. Sed opinor secun-  
dum hunc diem. 1. de Orat. Infin'a domane.  
Id. Secundum ea quaro, seruaris ne in eo fidē.  
In Vatin. Conseguentemente. Id. Tu a ratio  
est, ut secundum binos ludos mihi respondere  
incipias. mea, ut ante primos ludos comperen-  
dinem. 3. Ver. Passati i due giuochi.

Secundum, pro Secundo loco.

3 Sæpe [Secundum usurpatur pro [Post] id  
est, secundo loco. Cic. In actione secundum ve-  
cem, vultus valet. In Orat. Idest, primas vox  
tenet, secundas nullus. Dopo la voce. Id. Se-

secundum Deum homines hominibus utiles es-  
se. 2. Off. Dopo Dio. Id. Quibus ille secundū  
fratrem plurimum tribuebat. Acad. I. Id. Se-  
cundum te, nihil est amicus solitudine. Att.  
lib. 12. Dopo te, non ho cosa più amica del  
ritiramento.

## De Coniunctione SI.

## Cap. CLXVIII.

**I** Oniunctio Si (ut à vulgato usu disce-  
damus) interdū usurpatur pro [Quā  
doquidem. Ter. Si te in germani fratris dile-  
xi loco. And. Virg. Si fratrem Pollux alterna  
morte redemit. 6. Æn. Cic. Si illustrantur, si  
erumpunt omnia. I. Cati. Poiche. Atteso che.  
Essendo che.

Si, pro An.

**2** Si, pro [An] rarum est. Cic. Vide, inquit.  
Scaure mortuus rapitur, si potes esse possessor,  
lib. 2. de Orat. Id. Dicito, si pascuntur aues. 2.  
de Diu.

## Admonitio.

**3** Velim scire] Nescio] Haud scio] Quero]  
Dubito] & alia eiusmodi, nisi præcedat nega-  
tio. pro [Si] requirunt [An, Ne, Virum, Num-  
quid. Cic. Nescio. an ignoscendum sit huic. lib.  
13. ep. Non sò, se à costui si debba perdonare. Id. Quod haud scio, an recte dixerim. 5. de  
Fin. Id. Illud verò reputabat esse quæsiturū,

vnum

vnum calum esset, an innumerabilia. lib. 9.  
ep. 1d, Dubito Roma ne sis, an iam profectus.  
lib. 5. ep. 6. Dubito, se tu sei à Roma, ò put  
già ti sij partito. [Lege] Vtrum, & Num.

Si, postpositum.

4 Si] eleganter pronominibus præcipue post-  
ponitur. Cicer. Hoc nos si facere velimus. O-  
rat. Id. Tantum moneo, hoc si amiseris, te esse  
nullum unquam repertum. lib. 7. ep. 1d. Nos  
quotidie tabellarios vestros expectamus, qui si  
venerint, fortasse erimus certiores, quid nobis  
faciendum sit. lib. 14. ep. 1d. Pecuniam si cui-  
piam ademit. Pro Quint.

Si, pro Etiam si.

5 Interdū pro[Etiam si.] Ter. Redeam? non.  
si me obsecret. Eun. Ancor che mi pregi, Plau.  
Decem si vocasset ad cœnam summos viros;  
nimium obsonauit. Merc. Cic. Et me hercule, si  
nihil diceret, tanto officio me moueret. Pro  
Quint. Quantunque. Con tutto che.

Si, cum Tamen, vel Profecto, Vero,

Certe.

6 Nonnunquam adsciscit [Tamen, vel Pro-  
fecto] aut aliquid eiusmodi. Cic. Qua si exse-  
qui nequirem; tamen me lectulus meus oblie-  
ctaret ea ipsa cogitatione. de Sen. Id. Atqui, si  
pulcher est hic mundus, si probus artifex; pro-  
fecto speciem eternitatis imitari voluit. de  
Vniu. Id. Quod si ut volumus, exceperimus;  
ego vero &c. lib. 7. epist. 33. Id. Si ulla res  
est, qua bonorum animos vehementius possit

M 3 in-

incendere, hac certe est. Att. lib. 2. ep. 56. Se ci  
è cosa, che possa &c. questa ti sò dire, ch'el  
l'è, tale.

Si minus, cum [At, Tamen, Attamen, Cer-  
te, At certe.

7 Si minus] pro [Si non] iungi solet, cum At,  
Tamen, Attamen, Certe. Cic. Si minus suppli-  
cio affici, aut custodiri oportebat. 7. Ver. Se nō  
castigarli, almeno tenerli in prigione. Id.  
Non timuisse si minus vim Deorum, hominū.  
que famam, at illam ipsam noctē. Pro Cluen.  
Id. Si minus conigerit: tamen non possum  
eum non diligere, lib. 9. ep. 17. Id. Nostram suf-  
fragationem si minus potenter, at probatam  
tamen Cic. lib. 2. ep. 5.

Si minus, absolute.

8 Si minus] interdum subiicitur, absolute-  
que penitur. Cic. Conceditis, ut nobis liberta-  
tem retinere liceat si minus dignitatem. Pro  
Syl. Se non la riputazione. Id. Si hortos inspe-  
xeris; dederis mihi, quod ad te scribam: si mi-  
nus; scribam tamen aliquid. Att. lib. 13. Se  
nō; ti scriuerò ad ogni modo qualche cosa.

Si non, pro Si minus.

9 Sinon] pro, Si minus] barbarum non est,  
si recte adhibetur. Cic. Vi qui nummos ex-  
tribu pronunciauerit, si non dederit, impune-  
sit. Att. lib. 1. ep. 14. Id. A flamma si non potes  
omne; partem aliquam velim extorques. lib.  
16. ep. 24. Id. Is magnus est Orator, si non ma-  
ximus. 2. de Orat.

Si non, At] Attamen, Certe, At certe.

At saltem.

10 *Si non*] pro[*Si minus*. assumit[*At, Attamen, Certe, at Certe, At saltem*. Cic. Eorum de siderium si non a que animo, at fortis feras. lib. 6. ep. 27. Id. Cum spe, si non optima, at aliqua tamen vivere. lib. 9. ep. 6. Se non ottima, pur almen alcuna. Id. Quasi imitari, atque exprimere non possumus; attamen qualis esse debet, poterimus fortasse dicere. 2. de Or. Id. Si non plus ingenio valeo asquam ego; certe timebas minus. Att. lib. 3. ep. 15. Id. Putaremus si non totam causam, at certe nostrum iudicium definiri. lib. 16. epist. 15. Id. Vtinam aliquo, si non bono, at saltem certo statu ciuitatis hec inter nos studia exercere possemus. lib. 9. ep. 8.

Admonitio.

11 Cum sequitur, At, Certe, vel aliquid eius modi, non usurpatur [*Nisi*] sed [*Si non*] vel [*Si minus*.]

*Si maxime, concedentis.*

12 *Si maxime*] concedentis est. Cic. Neque enim si maxime statua deiecta essent, eas ego possem vobis iacentes ostendere. 4. Ver. Quantunque fossero gittate in terra. Id. *Si maxime velim.* Pro Quint. Posto ch'io volessi.

*Si nihil aliud, pro, Si non aliud.*

13 *Si nihil aliud, pro[*Si non aliud*] dici sollet.* Cic. Hic venit in iudicium, si nihil aliud, saltem ut Eccl. 3. Ver. Se non altro, almeno.

Si quisquam, profecto.

14 Si quisquam] adsciscit [Profecto] aut ali-  
quid eiusmodi. Cie. Si quisquam fuit unquam  
remotus, &c. ego profecto is sum. lib. 15. ep. 4.

Si quæris.

15 Si quaris] usurpari solet in ijs rebus, quo-  
scire, ad eum quicum agimus, non magnopen-  
pertineat. Cic. Ea res, si queris, magno ei hono-  
ri fuit. 3. Off. se tu ti curi di saperlo. Id. Omni-  
no, si queris, ludi apparatissimi, sed non tui sto-  
machi. lib. 7. epist. 1. Se tu vuoi saperlo. Se u-  
vuoi, che io te lo dica.

Si quidem, pro Quandoquidem.

16 Si quidem] idem est, quod [Quandoqui-  
dem]. Cicer. Antiquissimum è doctis genus sūt  
Poetarum; si quidem Homerus fuit & Hesio-  
dus ante Roman conditam. 1 Tusc. Id. Gra-  
tulor Baijs nostris, si quidem, ut scribis, salu-  
bres repetente facta sunt. lib. 9. epist. 12. Poi-  
che. Gia che.

Si quidem, pro Si tamen.

17 Alias distrahitur, & significat [Si ta-  
men.] Cic. O morem praeclarum, quem à maio-  
ribus accepimus: si quidem eum teneremus.  
Pro Flac. Se pur noi lo manteneffimo. Id. O  
fortunatam remp. si quidem hanc sentinam  
eiecerit. Catil. 1. Se però.

Si Dijs placet. indignantis.

18 Si Dijs placer] indignantis est. Cic. Etiam  
Latini [si Dijs placet) hoc biennio dicendi ma-  
gистri extiterunt. 3. de Orat. Se'l credo. Se l'è  
da

da credere . id. Quia gloria commotus Epicurus exoritur, cui etiam, si Dijs placet, videtur semper sapiens beatus. s.Tusc.id.Nimia pietatis , & summi amoris in patriam nos pœnas si Dijs placet, sufferamus. Pro Flac.S' à Dio pia-  
ce. So dire.

Sin pro, Sed si.

19 Sin] est [Sed si] & s'pe ponitur post [Si. Cic. Si plane à nobis deficis; moleste fero: sin Pansæ assentari commodum est; ignosco. lib.7. ep.17. Ma se. Id.Tu, si modo es Roma (vix e-  
nim puto) Sin es, hoc vehementer animaduer-  
tas velim. Att.lib.5. Ma se tu ci sei.

Sin autem, Sin minus, Sin aliter.

20 Sin] cum subjicitur, sape adsciscit [Au-  
tem] interdum [Minus] aut [Aliter] Cicer. Si  
vir esse voles : præclara Synodia ; sin autem ;  
orimus nos , qui solemus. Att.lib.10. id. si ita  
est: omnia facilitiora: sin aliter magnum nego-  
tium.lib.11.ep 14. Id. Si perficiunt, optime: sin  
minus ; ad nostrum Iouem reveriamur. Ad  
Quinct. Er.lib.2.epist.10.

## De Coniunctionibus SIVE, & SEV.

### Cap. CLXIX.

Siue semel positum.

1 Siue] ex [Si] & [Vc] enclitica conflatiæ,  
interdum semel ponitur. Cic.Nihil per-  
turbatius hoc ab urbe discessu, siue turpissima  
M s fuga.

fuga. Att. lib. Id. Contra que te erigas, ac resi-  
stas, siue etiam obsistas negotijs. Ad Quinti.  
Fr. lib. I. ep. I.

Siue, bis, & s̄epius iteratum.

2 Alias bis, & s̄epius iteratur. Cic. Venio ad  
comitia siue magistratum, siue legum pla-  
cet. de Sen. Id. Illo loco vii libenter soleo, siue  
quid mecum cogito, siue aliquid scribo. I. di-  
leg. Id. Siue tua natura paulo acrior, siue qua-  
dam dulcedo iracundia, siue dicendi sales va-  
luissent. Ad Q. Fr. lib. I.

Siue, siue non.

3 Cic. Siue referent ad me, siue non, mentis  
menti benevolentia, fidesque praestabitur. li.  
12. ep. Id. Siue adhibueris medicum, siue non  
adhibueris, non conualeces. de Fat.

Seu, iteratum.

4 Seu, ex Siue contractum est: ac sape itera-  
tur. Cic. Quemadmodum solent homines nobi-  
les, seu recte, seu perperam facere caperunt: ita  
in utroque excellunt. Pro Quint.

Seu, cum Siue.

5 Miscetur interdum cum Siue. Cas. Seu ve-  
re, quam habuerunt opinionem, proferunt, siue  
etiam auribus Vari seruiunt, lib. 2. de bel. ciu.  
Plaut. Siue ego taceo, seu loquor, scio scire te.  
Stich.

Seu, semel positum.

6 Interdum semel ponitur. Cic. O fortuna-  
tum hominem, qui huiusmodi nuncios, seu po-  
tius Pegasos habet. Pro Quint.

De

Dee Aduerb. SIC, & SICVT.  
Cap. CLXX.

Sic, ut similitudinis.

**S**ic ut] sape similitudinem declarat. Cic.  
Pomponium sic amo, ut alterum fra-  
trem. lib. 13. ep. 1. Ego tuam, Brute, rem sic  
ago, ut ipse non ageres. lib. 5. epist. 18.

Sic ut si. Sic quasi. Sic tanquam.

**C**ic. Eius negotium sic velim cures, ut si  
res esset tua. lib. 2. epist. 4. Come se fosse co-  
sa tua. Id. Quas quidem sic aude arripui,  
quasi diuturnam sitim explere cupiens. de  
Sen. Id. Apud eum sic fui, tanquam domi  
mea. lib. ep. Sono stato in casa sua, come in  
casa propria.

Sic, ut, pro Adeo ut.

**A**lias [sic ut] est [Adeo ut]. Cic. Multas  
gentes sic immanitate efferas, ut &c. 2. de  
Nat. Deo. Id. Id mihi sic erit gratum, ut gra-  
tius esse nihil possit. lib. 17. ep. 31. Tanto mi  
sarà grato, che. Id. Sic à me contendit, ut ni-  
hil unquam magis. lib. 13. ep. 1. Con tant' in-  
stanza, che.

Sic quemadmodum, pro Ita ut, Sic ne,

Sic, ut nequidem.

**C**ic. Sic ulciscar singula genera, quemad  
modum à quibusque sum prouocatus. Post red.  
ad Quir. Celum. Stabula sic ordinentur, ne

M 6 quis

*quis humor influere possit. lib. I. ep. 6. Cic.  
Quem tu à puerō sic instituisti, ut nobili, ne  
gladiatori quidem cederet. Pro Quint.*

Sic, secus; pro Ita, aliter.

5 *Sic, eum [Secus] interdum innigitur. Cic.  
Illa qua alijs sic, alijs secus, nec semper uno  
modo facta videntur, facta esse dicimus. lib. I.  
de Leg.*

Sic sum, pro Ita factus sum.

6 *Sic sum] pro ] Sic factus sum] eleganter  
dicitur. Teren. Sic sum. si placeo, utere. Phorm.  
Io son così fatto. Plaut. Quid tu vis sic sum,  
ut vides. Aul. Io son fatto come tu mi vedi.  
Huc spectant illa. Ter. Sic est ingenium. Phor.  
pro [Huiusmodi. E vn ceruello così fatto.  
Cic. Sic est vulgus. ex veritate pauca, ex opi-  
nione multa estimat. Pro Rosc. Com. Il volgo  
è così fatto. Id. Sic vita hominum est, ut ad  
maleficium &c. Pro Rosc. Am. Tal è il viuer  
de gli huomini.*

Sicut, ita. Sicut, item. Sicut, sic.

7 *Sicut] et si conflatum est ex [Sic] & [Vt:]  
usurpatur interdum pro simplici [Vt:] & ad  
sciscit [Ita, Item, Sic.] Cic. Hac sicut exposui,  
ita gesta sunt. Pro Mil. Id. Sicut tu semper  
summe concupisti, item volebat Alphenus.  
Pro Quint. Id. Sicut alijs in locis parum fir-  
mamenti, & parum virium veritas habet: sic  
in hoc loco falsa inuidia imbecilla esse debet.  
Pro Cluent. init.*

Ad-

## Admonitio.

Frequentius tamen cum similitudo significatur; usurpatur simplex particula, ut, sequente [ Ita, Sic, Item, &c. Cic. Ut in seminibus causa est arborum, & stirpium: sic huius luctuosissimi belli semen tu fuisti. 2. Phil. Id. Ut sementem feceris, ita & metes Id. Ut enim infirmitas puerorum est &c. sic senectutis maturitas naturale quiddam habet &c. De Sen. Vide, [ Ut ] pro [ Quemadmodum ].

Non sicut, sed ut.

8 Cic. Non sicut vulgus, sed ut eruditii solent appellare sapientem. De Amic.

Sicut, absolute.

9 Interdum [ Sicut ] absolute ponitur. Cic. Cū iam tibi Asia, sicut unicuique sua domus, nota esse debeat. Ad Quint. Fr. lib. I. ep. I.

## De Nominе SIMILIS, & Adverbio SIMILITER.

Cap. CLXXI.

1 **S**imilis] saepe quidem iungitur genitivo, vel dativo casui, ut passim exempla declarant. Non raro tamen copulatur cum [ Ac, Atque, Ut, Tanquam. Cic. Nec si ille sapiens ad tortoris equuleum à Tyranno cogatur, similem habeat vultum, ac si ampullam perdidisset. 4. de Fin. Id Itaque & similis finis erit boni, atque antea fuerat lib.

lib. 1. de Fin. Id. Similes sunt, ut si qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant. De Sen. Id similes sunt Diū, si &c. tanquam si Pan in Senatu nostro sine interprete loquerentur.  
2. de Diu.

Similiter ac, atque, vt.

2 Similiter ] quoque iungitur cum [ Ac Atque, Vt. Cic. Similiter facis, ac si me roges, cur te duobus contuear oculis. 3. de Nat. Deo. Tu fai apunto, come se. Id Neque vero illum similiter, atque ipse eram, commotum esse videt. 1. Phil. Similiter facere eos, qui inter se contendenter, ut si nauta inter se certarent, quis eorum possimum nauim gubernarent.  
1. Off.

Similiter, absolute, pro Item.

3 Raro absolute ponitur, pro Item, aut Eodem modo. Cic. Similiter effici potest, sapientem esse Mundum, similiter beatum, similiter aeternum. lib. 2 de Nat. Deo. Id. Similiter petes à Crasso, ut &c. 1. de Or. Similmente. Id. Ita reputo, à nemine istorum ex hoc loco similiter esse laudatum. Proleg. Man. Simigliamente, egualmente.

## De Aduerbio SIMVL.

### Cap. CL XXII.

**S**imul, idem est quod [ Vnā, aut Pariter. Cic. Propter propinquitatem, totos die simul

guber  
it. De  
si Pa  
entur.  
Ac  
roges,  
.Deo.  
llum  
sse vi  
er si  
rent,  
rent.  
t Eo  
bien-  
mili-  
liter  
nte.  
o si-  
gliā

simul eramus. Ait. lib. Id. Et cum rep. pariter vixisse, & cum ea simul extiudum esse. 3. de Orat.

## Simul cum.

2 Sapissime assumit Cum. Cic. Quod si cui, simul animus cum re concidit. 5. Tusc. Ha perduto l'animo insieme con la robba. Id Senatus authoritas simul tecum reducta est. Pro Do. Id Volaterrani &c. fruuntur nobiscum simul hac ciuitate. Ibid. Id. Nisi aliquoties ex accusatoribus vobiscum simul audissem. Pro Font. Insieme conesso voi.

## Simul, iteratum.

3 Interdum iteratur? Liu. Adeo omnes simul spernebant, simul tantam in medio crescentem molem sibi, ac posteris suis metue, bant. lib. I. Id. Namq; Gelo maximus stirpis contempta simul senectute patris, simul post Cannensem cladem Romana societate, ad Pænos deficit. lib. 22.

## Simul, pro Simul ac.

4 Sape usurpatur pro[Simul ac] pratermis-  
so [Ac] breuitatis gratia. Horat.

## Qui simul

Strauere ventos aquore feruidos  
Depraliantes. Carm. lib. I. Od.

Cic. Simul inflavit tibicen; carmen agnoscitur. Acad. I. Subito, che ha cominciato à sonare il pifaro. Id. Simul quid erit certi; scribam ad te. lib. 2. ep. 5. Come ci farà sofa certa.

## Simul

Simul ac, Simul ac primum, Simul atque  
Simul ut.

5 Plerumque tamen assumit [Ac, Ac pri-  
mum, Atque. Vt.] Cic. Simul ac mihi colli-  
bitum est; prasto est imago. lib. I. de Nat. Deo  
Subito che me ne vien voglia, Id Simul ac  
primum ei occasio visa est. 3. Ver. Id. Quod  
is simul atque sensit; de amicorum, cognato-  
rumque sententia Romam configuit. Pro  
Rosc. Am. Del che come se n'acorse. Id  
Omne autem animal simul ut ortum est, &  
se ipsum, & partus suos diligit. lib. 2. de Fin.  
Id. Simul ut videro Curionem. Att. lib. 10.  
epist. 4. Subito che.

Simul cum Statim, Illico, Continuo.

*ἐπιδιάταχις*

6 Interdum ad maiorem rei celeritatem si-  
gnificandam, adjicitur [Statim, Illico, aut  
aliquid eiusmodi. Cic. Simul accepi à Seleno  
tuas litteras; statim quæsiui. lib. 16. ep. 16.  
Com'io hebbi ricevuto le tue; subito. Id  
Verres simul ac tetigit prouinciam; statim  
Messanam litteras dedit. 3. Ver. Non prima  
giunse, che. Id Qui simul atque ei prouincia  
Sicilia sorte obuenit; statim Roma &c. 4.  
Verr. Id. Simul atque increpuit suspicio tumul-  
lus: artes illico nostra conicescunt. P:o Mur.  
Id. Qui simul atque in oppidum quodpiam  
venerat; mittebantur illi continuo Cibiranii-  
ci canes. 6. Ver. Non prima, che. A pena era  
arriuato, che.

Simul

Simul , pro Deinde , vel Item.

7 Interdum usurpatur pro [ Deinde ] vel [ Item. ] Cic. Simul illud nesciebas. Pro Bal. Id. Simul & illud cogita. Ad Q. Fr. lib. 1. ep. 1. Et simul tibi veniat in mentem , facito, quēadmodū &c. pro Rosc. Am. Et parimēte.

Simul quod , quia , vt , vt ne.

8 Adsciscit autem interdum [ Quod, Quia , Vt , Vt ne. ] Cic. Simul quod video, non ut antehac putabam , nouitati esse inuisum mea. lib. 1. epist. 7. Sallust. Simul quia vobis eadem bona , malaque esse intellexi . Catil. Cic. Simul vt esset pœna , quod alterius patroni testamento obtemperasset. 3. Ver. Sallust. Simul ne per insolentiam quis existimet memet studium meum laudando extollere. Iugur.

### De Aduerbio SODES.

Cap. CLXXXIII.

1 SI audes ] dictum est quasi [ Si audis. Sed usurpatur pro[ Quaso] vel[ Si vis. Horat. Vescere sodes lib. 1. ep. 7. Id. Corrige sodes , hoc , dicebat , & hoc , epist. ad Pis. Cic. Tarteſium mihi iſtum exequenti iube sodes numeros curare , Att. lib. 7. Digratia. Var. De gallinis dic sodes Nerula. lib. 3. dere Rust. cap. 9. Se ti piace.

De

*De Aduerbio STATIM.**Cap. CLXXXIIII.*

**S**tatim] à stando dictum, quasi stando significat illico. Di botto. Subito. Cic. Philippus ut me salutavit, statim Romanam profectus est. Att. lib. 1. 2. Senza fermarsi punto, Id. Haud potest à me grauioribus verbis vulnerari, quam ut statim in facto ipso à grauissimo viro P. Seruilio confectus, ac trucidatus. De Arusp. resp. Incontinente. Id. Ilaque statim hoc sum aggressus Catone absoluto. de Am.

Statim ut, Statim atque.

**2** Statim ut: satis usitatum est. Cic. Statim ut ille Prator est factus. lib. 1. epist. 9. Subito che. Id. Quasfuit à te, statim ut Romam rediit Quintius. pro Quint. Tosto che. Id. Meq; ab eo diligi statim erexitum esse, ut similitatem deposuimus, sensi. lib. 2. ep. 13. Rariis assumis [Atque].

Statim simul ut; Simul ac.

**3** Interdum adsciscit [Simul ut] vel [Simul ac]. Cic. Ego ad te statim habeo quod scribam, simul ut Curionem videro. Att. lib. 10. ep. 4. Id. Statim se iturum, simul ac ludorum apparatum ijs, qui curaturi essent, tradidisset. Att. lib. 15. epist. 12. Così tosto come hauesse dato &c. ch'egli subito se ne anderebbe.

De

De Præpositionibus *SVB*, *SVBTER*,  
*& SVBTVS*. Cap. CLXXV.

1 *Svb]* contrarium habet *Supra*. Cic. Homines sub terra habitantes. 1. de Nat. Deo. Id. Nisi te sub scalas taberna librariis conieciisset. 2. Phil.

Sub, pro Statim post.

2 *Sub]* saps usurpatur pro [Secundum] id est [Statim post. Cic. Mense Decembri sub dies festos. Ad Quinct. Fr. lib. 2. ep. 2. Subito fatre le feste. Id. Sub eas litteras recitata sunt tua. lib. 10. ep. 16. Subito dopo quelle. Liu. Sub equestris finem certaminis, coorsa est pugna equitum. lib. 22. Al fine della giostra. Id. Sub aduentum Prætoris Ro. Pœnus agro Nolano excessit. lib. 23. All'arriuare. In su l'arriuo.

Sub lucem, Sub noctem, Sub vesperam.

3 Sub lucem, Sub noctem, Sub vesperam, est Incipiente luce, nocte, vespere. Liu. Qui sub lucem apertis portis urbem ingredierentur. lib. 9. In sul far del giorno. Id. Sub ortum ferme lucis, nullo obuio armato, in forum perueniunt. lib. 22. Cas. Pompeius sub noctem naues soluit. lib. 1. de bel. ciu. In sul far della notte. Id. Sub vesperum Casar portas claudi, militesq; ex oppido exire iubet. lib. 2. de bel. Gal. In sul far

far della sera. Su l'imbrunir del cielo.

Sub idem tempus.

4 Sub idem tempus] est Per idem tempus.  
Liu. Vtrinque legati, fere sub idem tempus ad  
res repetendas missi. lib. 1. In su l'istesso tem-  
po.

Sub dio, vel sub diuo.

5 Sub dio, vel sub diuo, est, Sub calo, vi-  
aere. Allo scoperto. Al sereno. Cic. In sylua  
disposita (signa) sub dio vidimus. 3. Ver. Var.  
Idoneus sub dio capiendus est locus cochlearij.  
lib. 3. de re Rust. cap. 4. Colum. Nullus die  
tam intolerabilis est, quo non sub diuo tractari  
aliquid posse. lib. 1. cap. 8.

Sub aspectum, Sub sensus cadere.

6 Sub aspectum cadere, est, Aspici posse,  
[Sub sensus cadere] Sentiri posse] & cetera  
eodem modo. Cic. Cœlum sub aspectum & ta-  
ctum cadit. de Vniu. E visible, & palpabile.  
Id. Sub sensus cadit. Acad. 1. Id. Sub intelli-  
gentiam cadit. de Vniu. E intelligibile. Id.  
Sub iudicium sapientis, & delectum cadunt.  
lib. de Fin.

Subter.

7 Subter] contrarium habet [Supra. Cit.  
Qui omnia hæc, quæ supra & subter unum es-  
se &c. dixerunt. lib. 3. de Orat. Sotto & so-  
pra. Id. Deinde subter medium fere regionem  
Sol obtinet, 6. lib. de Rep. Id. Plato iram in pe-  
ctore, cupiditatem subter præcordia locauit. 1.  
Tusc. Id. Virtus omnia quæ cadere in homi-  
nem

Subter. Subtus. Super. 285

nem possunt, subter se habet. s. Tusc. Tien sot-  
to di se.

### Subtus.

3 Subtus, idem significat, ac Subter: sed ab-  
solute usurpari solet. Var. Labris subnigris,  
aut rubicundis, neque resimis superioribus, ne-  
que pendulis subtus, mento suppresso. lib. 2. de  
re Rust, cap. 9. Lucr.

Extemplo subtus frigescit terra, coitq;. li. 6

De Aduerbijs SVPER, & SVPRA.

Cap. CLXXXVI.

1 Vper, contrarium fere habet [Sub, aut  
Subius. Cic. Tectum quod super con-  
clavia non placuerat. ad Quint. Fr. lib. 3. Id.  
Demetrius super terra cumulum noluit quid  
statui, nisi columellam. lib. 1. de Leg. Id. Et  
velle imprudentem super eam (aspidem) af-  
fidere. 1. de Fin.

Super, pro De. επι.

2 Interdum usurpatur pro De. Cic. Simul-  
que cogites quid nobis agendum sit super le-  
gatione. Att. lib. 16. Intorno alla legazione.  
Id. Hac super re, scribam ad te Regio. Ibid.  
Sopra di questo. Intorno à ciò. Virg. Multa  
super Priamo rogitans, super Hectore multa.  
I. Aen.

Supra υπέρ.

3 SVPRA, contrarium habet [Sub, Subter,  
aut

*aut Infra. Cic. Maro, quod supra terram est.  
2.de Nat. Deo. Id. Supra lunam sunt omnia  
eterna.lib.6.de Rep. Id. Si essent, qui sub terra  
semper habitaissent, &c. nec tamen exissent  
unquam supra terram. 2. de Nat. Deo. Id.  
Supra me Atticus, infra Verrinius (accubum-  
runt.) lib.9.ep. Illa per metaphoram. Cic. Ra-  
tio, qua supra hominem putanda est, Deoque  
tribuenda.7. de Nat. Deo. Id. Ecce supra ca-  
put homo leuis, ac sordibus. Ad Quint. Frat.  
lib.1.ep.2.*

Supra, sine casu. & vco.

*4 Interdum ponitur sine casu. Cic. Cotem  
illam defossum in comitio, supraq; impossum  
puteal accepimus. 1.de Diu.*

Supra, pro Ante.

*5 Supra nonnunquam pro Ante usurpatum.  
Cic. Ille quem supra deformauit, voluntarius  
amicus. Pro Cacin. Id. Illa, quam supra dixi.  
2.de Orat. Id. Illa pollicetur, qua supra scripsi.  
lib.6. ep.10.*

Admonitio.

*6 Superius dixi] & alia huiusmodi inusi-  
tata sunt, ac fortasse barbara. Pro quibus illa  
sunt in usu [Ante dixi, Supra dixi, Supra  
scripsi. Ho detto. Ho scritto di sopra.*

Supra quam.

*7 Supra, interdum adsciscit [Quam.] Cil.  
Paulo supra, quam ad linguam Stomachus  
annectitur. 2.de Nat. Deo. Alquanto sopra  
al luogo, dove. Sallust. Corpus patiens inedit,  
algoris,*

*algoris, vigilia, supra quam cuique credibile  
est. Catil. Sopra, o fuor d'ogni credenza.*

Nihil supra.

8 Cic. Amor in omnes tantus est; ut nihil  
supra possit esse. lib. 14. ep. 1. Id. Libros confeci,  
et absolui: nescio quam bene: sed ita accura-  
te; ut nihil supra. Att. li. 13. ep. 19. Che non  
si può dir più.

### De Pronomine TALIS.

#### Cap. CLXXXVII.

Talis vt. Talis qui.

1 **T**alis, sape assumit, ut, vel Qui. Cic.  
Vita quidem talis fuit, vel fortuna  
vel gloria, ut nihil posset accedere. de Amic.  
Che non vi si poteua aggiungere cosa al-  
cuna. Id. Talem igitur te esse oportet, qui pri-  
mum te ab impiorum ciuium societate seiu-  
gas. lib. 10. ep. 6.

Talis ac, Talis atque.

2 Alias, Ac, vel Atque. Cic. Honos talis Po-  
puli Ro. vel Fatae paucis est datus, ac mihi. In  
Vatin Con l'affetto, ch'è stato dato à me.  
Teren. Talis, atque hic est infortunio. Phorm.

Talis, qualis.

3 Nonnunquam adsciscitur [Qualis. Cic.  
Ut et ipsis, apud quos ageret, talis, qualis se  
ipse optaret, videretur. 1. de Orat. Id. Semper  
agens aliquid, tale scilicet, quale studium in  
supe-

*superiore uita fuit. de Sen. Ut quales sumus,  
tales esse uideamur.lib.2.Off.*

Tale aliquid, Tale quiddam.

4 *Interdum additur Aliquid, aut Quid-dam.Cic. Non equidem hoc diuinaui, sed tali aliquid putaui fore, Att.lib.6. Qualche cosa simile. Una simil cosa. Id. Omnem eam ligem esse laudabilem talibus quibusdam ar-gumentis docent. 2. Agr. Con certi argomen-ti di questa sorte.*

Talis, absolute.

5 *Cic. Vir tali dignitate praeditus. Pro Cluent. Un tal personaggio. Id. Tot, talesq; uiri. Pm Quinct. Sali, e tante persone.*

## De Coniunctione T A M.

### Cap. CLXXXVIII.

Tam, quam.

1 **T**Am, plarumque assumit Quam, q[uo]d parationem continet. Cic. Tam sum amicus Reip. quam qui maxime. lib.5.ep.1. Tanto quanto ogni altro. Id. Tam miligratum id erit, quam quod gratissimum lib. 13. ep.3. La piu grata cosa, che possa essere. Id. Tam sum misericors Lud. quam uos, iam lenis, quam qui lenissimus. Pro Syl.

Admonitio.

2 *Cum duo non tam comparantur, quā op-lantur, non solet usurpari [Tam, Quā, sed [Ti]*

Tum

Tum [Et, Et [Vel, Vel. Itaque non dices. Cicerō declamabat tam Latine, quam Græce. sed, tum Latine, tum Græce, vel Latine, vel Græce. Nec dices, Tam bona natura, quam bona fortuna accepta referenda sunt Deo: [sed] bona & natura, & fortuna &c. [bona vel natura, vel fortuna. Item, Virtus suspicitur tum à bonis, tum à malis [non] tam à bonis, quā à malis, & alia eodem modo.

Tam, quam, cum diuersis verbis.

3 Alias in comparatione cum diuersis verbis copulatur. Cic. Velle tam domestica ferre possem, quā ista concernere. Att. lib. 13. ep. 20. Id. Quæ quidē non tā expetenda fuit, quā tuenda nobis est. Ad Q. Fr. lib. 1. epist. 1.

Tam, quam si.

4 Nonnunquam assumit [Quam si. Cic. Quicquid malibis Pisistratus non fecerit, tam gratum est, quam si alium facere prohibuerit. Att. lib. 5. ep. vlt. Id. Xenophanes hospes tā te diligit, quam si vixerit tecum lib. 16. epist. 1. Cosi ti ama, come se fusse viuuto tecō.

### Admonitio.

5 Tam, Quam fere Nominibus, & Particijs adhibentur; interdū etiā verbis; nimirum cum cōparatio quadam, aut similitudo significatur. Et sane [Tā] & [Quā] adverbia sunt similitudinis. Significant enim [Aequac] Qd si nulla appareat cōparatio, aut similitudo [Tām, quantum] cū verbis

N usurpari

*usurpari solet. Lege [ Tantum , quantum.]*

Tam vt, vti, vt ne, vt non.

6 *Sæpe adsciscit [Vt] vel [Vti.] Cic. Ne qui cum id faciebamus, tam eramus amentes; ut explorata nobis esset victoria. lib. 6. ep. 1. Non erauamo si balordi, che &c. Id, Non esse tam inurbanus, ac pene inhumanus: ut ego grauarer, quod vos cupere sentirem. 2. d. Orat. Non sarei cosi mal creato &c.*

Interdum additur [ Ne, vel Non. Cic. Nunquam enim erit tam oppressus Senatus, ut ei ne supplicandi quidem, ac lugendi suæ potestas. l. ro Sexti. Id. Non puto tam expedit negotium futurum: ut non habeat aliquid mora. Att. lib. 13. ep. 31. Talmente suis upato.

Tam qui.

7 *Non raro pro [Vi] recipit [Qui.] Cui. Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? lib. 9. ep. 2. Id Non tam insolens sum, qui me Iouem esse dicam: non tam inermis, qui Minervam Iouis sororem, meam esse sororem existimem. Pro Dom.*

Tam, absolute pro Adeo.

8 *Aliquando Tam absolute ponitur. Cui Grecos reprehendit, quod tam mare sicut sunt. Att. lib. 6. ep. 2. Teren. Quandoquidem tam iners, tam nullius consilij sum. An Si da poco &c.*

Non tam, vt, Quam vt, vel, Ut ne.

9 *Non tam ut] copulatur cum] Quam ut]*

& [Quam ut ne. Cic. Eundum igitur est: nec tam ut belli, quam ut fuga socij simus. Att. lib. 9. ep. 2. Id. Non tam ut illa adiuue, quam ut haec ne videam, cupio discedere. Att. lib. 9. ep. 7. Id. Non tam ut pro sim causis, elaborare soleo, quam ut ne quid ob sim. 2. de Orat.

10 Non tam causa ] assumit [ Quam ut  
Non tam causa, quam ut, vel quia.

vel [Quā quia.] Cic. Neque tam ulciscendi  
causa, quam ut in praesens sceleratos cines ab  
oppugnanda patria deterrerē. Ad Brut. epist.  
19. Id. Non tā uitādi mei laboris causa, quā  
quia tua id interesse arbitrabar. Top.

Non tam propter, quam propter.

11 Non tam propter ] adsciscit interdum  
[Quam propter. Cic. Non tam propter pericu-  
lum meum, quam propter uitia multa, que  
ibi offendi. Att. lib. 7. ep. 3.

Tamdiu dum, quoad.

12 Tamdiu plarunque adsciscit [Dum]  
interdum [Quoad.] Cic. Tib. enim Grac-  
chius tam diu laudabitur, dum memoria  
rerum Romanarum manebit. 2. lib. Off. Sin-  
tanto farà lodato, fin che &c. Id Tam diu,  
dum tu ades, sunt oblita sui. lib. 9. ep. 12. Cor-  
pus tamdiu gaudet, dum praesentem sentit  
uoluptatem. 5. Tusc. Id. Disces, quamdiu uo-  
les: tamdiu autem uelle debebis, quoad te,  
quantum proficias, non pœnitibit. 1. Off. Sino  
à tanto, che tu resterai contento del profit  
to che tu facci.

Tamdiu, quamdiu.

- 13 Sape assumit [ Quamdiu. ] Cic. Tamdiu requiesco, quamdiu aut ad te scribo, amias litteras lego. Att. lib. 9. ep. 4. Tanto tempo di riposo, mentre che. Id. Quod accusator nolit tamdiu, quandiu liceat dicere. Ver. Id. Qui se oppido munitissimo, & copiosissimo tamdiu tenuit, quamdiu Parhi in provincia fuerunt. lib. 12. ep. 19. Tutto il tempo, che stettero.

Tamdiu, quam.

- 14 Interdum alterum [ Ditt ] non ponitur, sed intelligitur. Cic. Vixit tamdiu, quam licuit in ciuitate bene, beateque viuere. in Bruti. Per fin che.

Tamdiu, absolute.

- 15 Interdum absolute ponitur. Cic. Abs tamdiu nihil litterarum? Att. lib. 1. Id. Ego te abfuisse tamdiu à nobis doleo. l. 2. ep.

Tam multum, Tam valde.

- 16 Iungitur nonnunquam cum adverbio Multum, & Valde. Cic. Et si non tam multum in istis rebus intelligo, quam multavidi. 6. Ver. Id. Non m'intendo tanto di cose cose, per molte che io n'habbia vedute. Id. Tam valde perhorrescere. 1. de Fin.

## De Coniunctione T A M E N.

## Cap. CLXXXIX.

Tamen, præpositum.

1 **E**t si [Tamen] plerunque subiicitur, cū  
Antecedat [Etsi] vel aliquid eiusmo-  
di: interdum tamen præponitur. Cic. Non ta-  
men, si hoc te ex alijs audire malo, sic in por-  
uincia nos gerimus. Att.lib.s.ep.17. Non pe-  
rò. Vbi [Tamen] non pendet ab [Et si] sed  
refertur ad ea, quæ proxime antecedunt.  
quod idem usu venit in subiectis exemplis.

Tamen, sed; certe; fed certe.

2 Nonnunquam cum [sed, Certe, Sed certe]  
copulatur. Cic. Pro Appio nos hic omnia fa-  
ciemus: honeste tamē, sed plane libenter. Att.  
lib.6.ep.2.Id. Quē tamen illi esse in principi-  
bus facile sunt passi: euolare altius certe no-  
luerunt. Att. lib. ep. Id. Neque sum mediocri-  
ter commatus, neque tamen credidi, sed certe  
aliquid sermonis fuit. Att.lib. 1.ep.10.

Tamen in principio.

3 Non raro in principio collocatur. Cic. Ta-  
mē à malitia non discedis.lib.9.epist.19.init.  
Et pure stai su la malitia. Id. Tamē me diu-  
ius &c. aggrediar ad crimen. Pro Cluen.

Tamen ne, interrogantis, & vrgentis.

4 Tamen ne] interrogando instat. Cic.  
Quid si ab Apollonio aliquid commissum est,

N 3 quam-

quamobrem iure in eum animaduerteretur,  
tamen ne hanc rem ſic agemus, ut criminis  
aut inuidia reo putemus eſſe oportere? 7. Ver.  
Con tutto ciò. Id. Verum tamen, quid ſi  
inquit, habet eiusmodi cauſam. ut e.g.c. tam  
ne uereris, ut poſſis hac contra Hortensium  
tendere? Pro Quin. Id. Quid ſi pluribus  
rebus uno ſortitute retulisti? tamen ne arbitria  
ris id te poſſe obtinere? Pro De. Pur anco per  
ſi? Id. Tamen ne iſta tam absurdā deſer-  
des? lib. 1. de Nat. Deor. Pur con tutto ciò  
le diſfenderai.

### De Coniunctione Tameſſi.

Cap. CLXXX.

1 **T**ameſſi, idem declarat quod [Etiſſi.]  
Itaque adſciscit [Tamen.] Cie. Ta-  
meſſi iactat ille quidem ſuum arbitriū; tam  
habet quiddā profeſto, quod magis in ani-  
muis inſedit. Att. l. 9. Id. Meū ſtudium erga tu-  
mē officium tam tameſſi multis iam rebus ſu-  
ro eſſe cognitum: tamen in his maximē di-  
clarabo. lib. 3. ep. 4.

Tameſſi, Abſolute.

2 Interdum abſolute ponitur, omiſſo [Ta-  
men] quod idem de [Quanquam] aīq[ui]  
[Etiſſi] ſupra diximus. Cicer. Tameſſi id qui-  
dem fecerunt ridicule. lib. 3. ep. 7. Id. Facito, M  
ſciām: tameſſi nimis ſum curiosus. Att. lib. 1  
ep. 4. Benche io ſono.

De

*De Aduerbio TANDEM*  
*Cap. CLXXXI.*

Tandem, instantis.

I. **T**andem] proprie quidem est aduerbiū temporis Verum sape uim habet instandi uehementius Cic. Quousq; tandem abutere Catilina paliētia nostra? 1. Catil. Sin' à quando mai? Id. Vtrū hic tandem disceptationem, & cogitationem ueritatis, an innocentia labē aliquam, aut ruinam fore putatis? Pro Flac. Id. Hoc per ipsos Deos, de quibus loquimur, quale tandem est? 1. de Nat. Deo. Id Quod genus tandem est istud ostentationis, & gloriae? Pro Rab. Post. Che sorte mai è cestista di vantarsi? Id. Quatandem est ista tā insolens dimitiarum ostētatio? Parad. Quo tandem illū mœrore afflictū esse, & profligatiū putatis? 2. Catil. Id Quorsum tandem, aut cur ista quaris? 1. de leg. Per qual rispetto mai? Tandem aliquando. Lege [ Aliquando.

*De Aduerbo TANQVAM.*  
*Cap. CLXXXII.*

I. **T**anquam sape aduerbium est similitudinis. Cic. Repente enim tanquam N + serpens

296 Tanquam. Tantisper  
serpens te è latibulis intulisti. In Vatin. Id.  
Odysea Homeri est tanquā opus aliquod Da-  
dali In Brut. Id. Ex ista vita discedo tanquā  
ex hospitio, non tanquā ex domo. de Sen. Id.  
Dicit enim tanquam in Plaionis politia, non  
tanquam in Romuli fece. Att. lib. 2. epist. 1.  
Id. Ut istum tanquam si Consul esset, salu-  
rent. 2. Phil. Come se.

Tanquam, cum Sic, vel Ita.

2 Tanquam s̄aþe iungitur cum [Sic] inter-  
dum cum [Ita] vel [Itidem. Cic. Crebra tan-  
quam tēpestatum, sic sententiarum commuta-  
tio. Pro Do. Id. Tanquam lenia quadam vina-  
nihil valēt in aqua, sic Stoicorum ista guſta-  
ta magis, quam porata delectant. 5. Tusc. Id.  
Tanquam si offusa reip. sempiterna nox es-  
sic rueblo in tenebris. Pro Rose. Am.

-3103 5 1582 37 Admonitio.

3 In comparationibus, & similitudinibus  
Cicero [TANQUAM] usurpat libentius quam  
[Velut.]

De Aduerbio TANTISPER  
Cap. CLXXXIII.

1 TAntisper] est [Tanto] vel [Tantul]  
tempore. Plaut. Tantisper hic ego al-  
ianuam concessero. Aul. Per tantino di tem-  
po. Cic. Cogitare tantisper de aliquo reo. Pr.  
Cacu.

Tantisper

Tantisper dum.

2 Interdum adsciscit [ Dum. Cic. Censo latendum tantisper ibidem , dum deferuescat bac gratulatio . lib. 9. epist. 2. Per qualche poco di tempo. finche. Plaut. Tantisper dum transigimus hāc comœdiā. Trucul. Per quanto spediamo. Teren. Ego hic tantisper dum exit, te opperiar foris. Adel. Fra tanto ch'egli esca fuori , t'aspetterò qui.

De Nōmine T A N T U S  
Cap. CLXXXIIII.

Tantus , quantus.

**T**ānus ] adsciscit Quantum. ] Idque vel uno dumtaxat verbo copulatum , vel duobus diuersis , vel eodem iterato. Cic. Tanta contentione decertavi ; quanta nunquam antea in ulla causa . lib. 5. ep. 8. Id. Frequentia vestrum incredibilis Quirites , concioque tanta , quātam meminisse non videor . q. phil. Id. Amittiat tantas opportunitates habet quantas non queo dicere. de Amic. Id. Ego in vita mea nulla r̄nquam voluptate tan- ta sum affectus quanta afficio hac integrata . Att. lib. 5. epist. 20.

Tantus , quantus maximus.

2 Interdum assumit [ Quātum maximū . ] Cic. Fingere animo iubebat , tāta incitatū r̄n luctate corporis , quāta percipi posset maxima

N , De

*De Sen.* La maggior, che si possa immaginare. *Id.* Tanta est inter eos, quāta maxima potest esse morū studiorumq; dissensio. *de Amic.* Viè il maggior disparere, che possa essere.

Tantus, vt.

3 Non unquam assumit [ *Vt Cic.* Tanta vis probitatis est, ut eam etiā in hoste diligamus. *De Amic.* Id Tantus fuit amor, ut exhausti nulla posset iniuria. *Att. lib. 2. epist. 2.*

Tantum quantum.

4 Tantum quantum ] non est idem quo Tam, Quam] sed [ Tam multum, quam mul- tum] Itaque non cum nominibus, & partici- pijs, sed cum verbis usurpari solent. *lege* [ Tam Quam.] Tantum autem, & quantum] copu- lantur ium verbo uno, tum duobus diuersi- tū eodem iterato. *Cic.* Gratia tantum possu- mus, quantum vici. *lib. 4. ep. 7.* *Id.* Tecum era- quantum pat. eur viriusq; etas. *lib. 5. ep. 13.* *Id.* Si huic cōmendationi me et tantum tribut- ris, quantum cui tribuisti plurimum. *lib. 13. ep. 12.* *Id.* Si me amas tantum, quantū profe- sto amas. *Att. lib. 1. ep. 16.* Tanto è, quanto si dice.

Interdum pro Tantā, Tantundem dicitur. *Cic.* Magistratibus tantundem detur in cul- lam, quantum semper datum sit. *s. Ver.*

Tantum vt, vti, vtine.

5 Tantum, Assumui [ *Vt, Vti, Vtine.* *Cic.* Ti- tū cibi, ac potioris adhibendum, ut reficiā- vires,

vires, non opprimantur. De Sen. C&f. Tantum esse nomen, atque opinionem exercitus Romani; ut etiam ad ultimas Germanorum regiones &c. 4 de bel. Gal. Id. Tantumque à vallo eius prima acies aberat: ut ne in eam tela, tormentaue adigi possent. lib. 3. de bel. ciu.

Tantum, adverbium absolute.

9 Interdum absolute ponitur. Cic. Praesertim cum hi mores tantum iam ad nimiam levitatem, & ambitionem incubuerint. Ad Q. Fr. lib. 1. ep. 2. Tāto forte si siano piegati.

Tantus, & Tantum, nomen absolute,

Tantudem.

7 Tantus & Tantum interdum absolute ponuntur, Cic. Vrbs tanta & talis. 3. de Nat. Deo.. Id. Tantum ingenium in tam leues sententias incidisse. 1. de Nat. Deor.

Huc pertinet Tantudem. Cic. Vndiq; ad inferos tantudem via est. 1. Tusc Tanta via ui è da un luogo, quanta da un'altro.

Tantus, & Tantum in Epiphonemate.

8 Interdum in Epiphonemate adhibentur. Cic. Ultro se offerent omnes. Tantus ardor omnium animos occupauit. lib. 11. ep. 8. Id. Ducebatur cereo funali & tibicine. Tantum licentia dabat gloria. De Senect.

Tantulum, Adverbium.

9 Tantulum] vim habet extenuandi. Cic. Quorum oratione ne tantulum quidem commutus est. 4. Ver. Ne purum tantino. Id. Is discipulus magistro tantulum de arte conce-

300 Tantulum. Tantum abest.  
dit. Pro Rosc. Am. Id. Si quis tantulum de re  
et a regione deflexerit, s. Ver.

Tantulus, nomen, cui Quantulus oppo-  
nitur.

10 Cic. Tantulum malum. 2. Tusc. Id. Si tan-  
tulum mora fuisset, quo minus ei pecunianu-  
meraretur. 4. Ver. Se si fosse tardato vntan-  
tino. Id. Vt huic tantula epistola vix tempus  
habuerim. Att. lib. I. ep. 9. Per queste quattro  
righe.

Tantum abest, vt Tantum abest vt,  
vix, Etiam.

11 Tantum abest, iungitur, cum VI. Inter-  
dum assumit [Vix] aut [Etiam]. Cicer. Tantū  
abest ab officio, ut nihil officio magis possit ef-  
fe contrarium. 1. Off. Id. Tantū porro aberat,  
ut binos scriberent, vix singulos confecerunt.  
Att. lib. 13. epist. 21. Tanto erano lōtanidi  
scriuerne due per uno; che ne compirono  
uno. Id. Qua in vita tantum abest, ut volu-  
ptates sectentur: etiam curas, sollicitudines, vi-  
gilias perforunt. s. de Fin. Tanto sono lonu-  
ni da cercar diletti, che d'auantaggio.

Tantum abest ut, cum Vt maxime; Vt  
minime, Vt ualde.

12 Tantum abest ut, adsciscit interdū [VI]  
maxime, Vt minime, Vt ualde ] & alii  
eiusmodi. Cic. Tantum abesse dicebat, ut  
consentaneum esset; ut maxime repugnaret.  
2. Acad. Id. Tantum abest, ut amicitia pro-  
pter indigentiam colatur; ut ij qui &c. mi-  
nime

## Tantum. Tantummodo. 301

nime alterius indigeant, de Amic. Id. Tantū abest, ut ille meā sententiam moueat, ut ualde ego ipsi, quod de sua sententia discesseris, pœnitendum putem. Att. lib. Id. Tantum abest, ut eneruetur oratio, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec uis esse possit. In Orat. Id. Tantum abest, ut Pansa de exercitu suo, sibi aliiquid tribuat; ut etiam moleste ferat, tam multos ad se ire uoluntarios. ad Brut. ep. 5. &c. 2. Tusc.

Tantum Aduerb. & Tantummodo, pro Solum, uel Dumtaxat.

13. Sape, pro [Solum] aut [Dumtaxat] usurpatur. Cic. Nomen tantum uirtutis usurpatur. Cic. Nomen tantum uirtutis usurpas: quid ipsa ualeat, ignoras. Parad. Verum interdum adsciscit [Modo.] Cic. Arbores tantummodo per stirpes aluntur suas. lib. 2. de Nat. Deo. Id. Neq; enim Oratorem tantummodo, sed hominem non putant. 6. Ver. Id. Quæ oīa suppressa uoce dixit: tantummodo, ut uos q; ea p̄bareatis, possetis exaudire, Pro Syl.

Tantum, cum Dico, Video, aut Dicam.

14. Sape Tantū iungitur cū [Dico [Video, aut [Dicā.] Cic. Qualis fuerit, non audeo dicere. Tantū dico. post &c. Attic. lib. 10. epist. 4. Id. Cuiusmodi sunt nescio: tantum video, nullius adhuc consilia &c. lib. 6. ep. 18. Id. Tantū dicam, nihil mihi gratius esse; quam quod eam diligis. Att. lib. 11. ep. 7. Id. Nihil dicam arrogantius: tantum dicam. pro Mur.

Non

302 Tantum.

Non tantum, pro Non solum.

35 Cic. Non tantum parum commode, sed etiam turpiter. 1. de Orat.

Tantum non, pro Hoc solum defuit.

μονογχι.

36 Tantum non] est [Hoc solum defuit. Liu. Et cum hostes tantum non accesserint, exercitus conscribi aduersus hostes non patiantur. lib. 4. Id. Ut vidi non posse aquare ordinem Romanos, & tantum non iam circumiri à dextero cornu, concitat naues. lib. 37. Id est [prope circumiri, Non mancaua, se non che fossero colti in mezzo. Suet. Tantum non statim à funere ad negotiorum consuetudinem rediit. Tiber. Sol questo ci restò.

Tantum quod non.

37 Interdum interponitur [Quod. Cic. Tantum quod hominem non nominat. 3. Ver. Id. Tantum quod aratoribus obsides non dedit. 3. Ver. Sol questo ci mancò, che.

Tanti est, pro Expediit.

38 Tanti est, pro [Expediit] eleganter ponitur. Cic. Hic ubi in mentem non venit iubere, hec quoque ut referret &c. fuit tanti mihi inde: haberet, quod defenderes. 6. Ver. Ti metteua conto. Ti tornana bene. Id. Est mihi tanti Quirites huius inuidiae falsa, & iniqua tempestatem subire, dummodo à vobis huius horribilis belli periculum depellatur. Catil. 2. Mi contento,

non

Nihil

Nihil tanti est, pro Non expedit.

19 *Nihil tanti est, pro [Non expedit] aut [Non tanti faciendum est] elegantissime dicitur. Cic. Iuratus tibi possum dicere, nihil esse tanti. Att. lib. 2. Che non mette conto. Non torna bene. Id. Nunc mihi nihil tanti est, faciam quod volunt. Att. lib. 13. Nonne fo tanto conto. Non me ne curo. Id. Nihil nobis fuerat tanti. Att. lib. 5. ep. 8.*

Nihil tanti est, cum Ut, vel Quo.

20 *Interdum adhibetur Ut, vel Quo. Cic. Nihil tamen tanti, ut à te abesse fuit. Att. lib. 12. ep. 3. Non ne feci tanta stima, che io volessi per cio star lontano da te. Id. Tibi certe tanti non fuisset, ut socium fraudares. Pro Quint. Id. Tanti non fuit Africam capere, ut earum rerum, qua hic gesta sunt, spectaculo careres. Cœl. Cic. lib. 8. ep. Id. Nihil tanti fuit, quo venderemus fidem nostram. Brut. in epist. Cic. lib. 16.*

## De Aduerbio TANTO PERE.

Cap. CLXXXV.

I **T**Antopere, ex [tanto opere] conflatum est. Cic. Istud nescio quid tantopere didicisti. Pro Mur. Vsurpatur pro [tantum. Cic. Neque hoc tantopere quarendum viseretur, hac summa in illis esse, si in nobis essent saltem mediocria. Pro Quint.

Tan-

304 Tantopere.Temere.

Tantopere, quantopere. Tantopere, ut.

<sup>2</sup> Assumit autem interdum Quansopere  
vel Vt. Cicer. Neque enim tantopere hanc,  
à Crasso disputationem desiderarem, quantope-  
re eius oratione in causis delectior. <sup>1</sup> de Orat.  
Id. In quo tantopere apud nostros culta iustitia  
est, ut ij qui c̄.c. <sup>1</sup>. Offic.

De Aduerbio TEMERE.

Cap. CLXXXVI.

<sup>1</sup> **T**emere] est quod barbari dicunt [Ca-  
su.] Cic. Non enim temere, nec for-  
tuito sati, & creati sumus. <sup>1</sup>. Tusc.  
Id. Non scribo hoc temere: cui scribam, ui-  
deo. lib. 2. ep. Non scriuo quanto à caso. Id.  
Audacter hoc dico, non temere confirmo. Pro-  
Font. Non senza perche.

Non temere est.

<sup>2</sup> Non temere est, Terentianum est. Nescio  
quia tristis es, non temere est. Heaut. Non è  
ciò per niente. Id. Non temere est, quod tu  
tam times. Phor. Non senza perche. Barbari  
dicunt [Non sine quare,

De

De Pronomin. TOT, & TOTIDEM.  
Cap. CLXXXVII.

Tot, quot. Tot, ut.

**T**ot fere assumit uel Quot, uel Vt. Cicero Quot homines, tot causa. 2. de Orat. Id. Quid miserius, quam eū, qui tot annos, quot habet, designatus Consul fuerit, fieri Consulem non posse. Att. lib. 4. ep. 8. Id. qua cū uiderem tot uestigijs impressa, ut ī his errari nō posset, nō adscript. lib. 5. ep. 20.

Tot, absolute

2 Interdum absolute ponitur. Cic. Tot uiri, actales. Pro Cäl. Id. Tot, ac tanta, & tam graues ciuitates. 4. Ver. Tante, & si grandi.

Admonitio.

3 Tot] ad numerum [Tanti] ad magnitudinem referuntur

Totidem, quot.

4 Totidem adsciscit Quot, Cic. Sententiarum autem totidem genera sunt, quot diximus esse gratus oratorum. de opt. gen. Id. Totidem quot dixit, ut aiūt, uerbis scripta oratio. In Bru. Id. Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum. In Orat. Altretante sono, quante.

Totidem, absolute.

5 Nonnunquam absolute ponitur. Cic. Il- lum ego locum totidem uerbis à Dicearcho tran-

1. *transludi. Att. lib. 6. epist. Id. Quam (episto-  
am) modo totidem verbis interpretatus sum.*  
 2. *de Fin. Con altretante parole, Id. Gemini  
fratres fuerunt: at hi non totidem annos vi-  
xerunt. 2. de Diui. Non tanti anni vissel' u-  
no, quanti l'altro.*

## De Aduerbio TOTIES. Cap. CLXXXVIII.

1. **T**oties plerunque absolute ponitur. Cic.  
*Tot pratores in Sicilia fuerunt. toties  
apud maiores nostros Siculi Senatum adie-  
runt, toties hac memoria, tamen &c. 4. Ver.  
Id. Non ipsa praconis voce excitatus es? qui n  
toties iuniorum, seniorumq; centurijs illo ho-  
nore affici pronunciauit? 7. Ver. Id. Interim  
velim mihi ignoscas, quod ad rescribam tam  
multa toties. Att. lib. 7.*

Toties, quoties.

2. *Interdum assumit Quoties. Cic. Illud so-  
leo mirari non me toties accipere tuas litter-  
ras, quoties à Q. Fratre mihi afferuntur. lib.  
7. epist. 7. Che io non riceua tue lettere ogni  
volta, che. Id. Ante condemnentur ij, quorum  
causas receperimus, quam toties quoties preci-  
pitur, Paanem, aut Munitionem citarimus. 1.  
de Orat.*

De Aduerbio *TVM*.

## Cap. CLXXXIX.

Tum, pro Tunc.

**T**um pro Tunc usitatissimum est. Cic.  
Tum mihi Roscius, & alia multa  
confirmandi mei causa dixit. Pro Quint. Id.  
Non eos solum qui tum erant figebat maledi-  
cis. 1. de Nat. Deo.

Admonitio.

2 Cicero quidem libentius usurpat [Tum]  
quam [Tunc].

Tum, cum Nunc.

3 Sæpe conferetur cum Nunc. Cic. Tum est  
Cato locutus, nunc Lelius. de Am. Id. Tum  
enim eramus in maxima spe: nunc ego qui-  
dem in nulla. Att. lib. 9. ep. vlt. 1d. Nisi forte  
hac illi tum arma dedimus, si nunc cum be-  
neparato pugnaremus. Att. lib. 7.

Tum, cum; cum iam.

4 Sæpe etiam assumit Cum, vel Cum iam.  
Cic. Qui tum Rex fuit, cum Roma Regem li-  
cebat. 2. Phil. All hora quando Id. Cui tum,  
cum iam in armis essemus, Consulans ta-  
men, & triumphus amplissimus deferebatur.  
In Part.

Tum maxime cum. Tum denique cum.

5 Interdum augendi causa [Maxime] aut  
[Denique] adiicitur. Cic. Fructus enim inge-  
ni, & virutis tum maxime capitur, cum in  
pro-

*proximum quemque confertur. de Amic. Al-*  
*l' hora più che mai. Id. Tum denique cum illo*  
*uenimus. Att, lib. 15. Id. Quae non tum deni-*  
*que incipit lex esse, cum scripta est, sed cum*  
*erat est. 2. de Leg. Id. Qui tum denique sibi*  
*nuelli iubet spiculum, cum. lib. 5. ep.*

Tum, Tum denique, Tum demum  
 cum Si. Tóte dñ.

6 Tum] Tum denique] Tum demum] non  
 nunquam cum [Si] copulantur. Cic. Quae ipsa  
 tum esset iucundior, si ulla res esset publica.  
 lib. 12. In tal caso, sc. Id. Sed tum id audi-  
 rem, si tibi soli natus es. Pro Marc. Id. Pla-  
 torum denique fore beatas resp. putauit, si aut  
 docti &c. Ad Quint. Fr. lib. 1. ep. 1. All' ho-  
 ra, quando. Id. Qui mibi tum deniq; salutem  
 se putauit reddere, si eam nullis spoliata or-  
 namentis reddidisset. Pro Lig. Plaut. Tum de-  
 num sciam recte monuisse, si tu recte caueris.  
 Menech.

Tum vero, Tum demum. Tum denique.  
 ... absolute.

7 Cic. Tum vero illa egregia, ac praelata  
 mater exultare latitia, ac triumphare gau-  
 dio capit. Pro Cluen. quod Demosthenes dice-  
 ret. Tóte dñ. Tóte. All' hora si, che. Id. Tum  
 vero virtus, atque honestus labor honoribus,  
 premijs, atque splendore decoretur. 1. de Ora  
 Liu. Tum demum impulsi Latini, perculsaq;  
 inclinavit acies lib. 2. All' hora finalmente.  
 Id. Vtraque re satis experta, tum demum Cor-

sules

sules &c. Ibid. Cic. Ita prope quadraginta diebus interpositis, tum denique se ad ea, quae à vobis dicta erunt, responsuros esse arbitrantur. 2. Ver.

## Tum, pro Deinde.

8 Tum] interdum pro [Deinde] usurpatur Cic. Tum rationes in ea disputatione à te collecta vetabant me reip. penitus diffidere. lib. 5. ep. 13.

## Tum, Tum geminatum.

6 Interdum iteratur pro Modo, Modo. Cic. Nunquam ab sole longius discedit tum antecedens, tum subsequens. 2. de Nat. Deor. Hor precedendo, hor seguitando. Id. Tum hoc, tum illud dicit. Top. Hor questa cosa, hor quelli. Hor vna, hor vn'altra cosa. Id. Differo in utrunque partem tum Græce, tum Latine. Att. lib. Tanto in Greco, quanto in Latino. Id. Isque (aer) tum fuscus & extenuatus in sublime fertur, tum autem concretus in nubes cogitur. 2. de Nat. Deo.

10 Alias pro Et, Et. Cic. Scripsisti epistolam ad me plenam consilij, summaq; tum benevolentia, tum etiam prudentia. Att. lib. D'una somma cosi benevolenza, come ancora prudenza.

*De Aduerbio V BI. Cap. CXC.*

Vbi, pro In quo. vel In qua.

1 **V**bi aduerbium loci, sape usurpatum pro [In quo] vel [In qua.] Cic. VI  
is cuique locus, ubi ipse sit, miserrimus esse vi-  
deatur. lib. 4. ep. 4. Id. In ea urbe natus es, ubi  
nata; & alta est ratio, ac moderatio vita. lib.  
6. ep. 1. Id. Porticus hac ipsa, ubi inambula-  
mus. lib. 2. de Orat.

2 Aceommmodatur etiam ad personas, & ad  
numerum multiitudinis. Cic. Neque nobis ad  
huc prater te quisquam fuit, ubi nostrum im-  
contra illos obtineremus. Pro Quint. Id. In  
hiss sermonibus, qui Dialogi dicuntur, ubi enī  
de industria faciendum fuit. In Orat. pro [In  
quibus.]

Vbi terrarum. Vbi gentium.

3 Vbi terrarum, Vbi gentium] amplifica-  
tionem continent. Cic. Quid ageres, ubi terra-  
rum es, ne suspicabar quidem. Att. lib. 3. ii.  
97. Id. Vbi terrarum sumus? Pro Rab. Pof.  
In che paese siam noi? Plan. Vbinam est  
homo gen'ium? Menech. Fra quai genti fin-  
troua colui?

Vbi, Ibi.

4 Vbi] interdum cum [ibi] copulatur. Cic.  
Tempus est huiusmodi; ut ubi quisque sit, ibi  
esse minime velit. lib. 6. ep. 4. Id. Ibi malis es-  
se, ubi aliquo numero sis; quam istic, ubi solus

sapere

sapere videare. lib. I. ep.

Vbi, pro Postquam.

5 Sape etiam Vbi, pro Postquam usurpatur. Cic Vbi galli cantum audivit. In Pis. Id. Vbi semel quis peierauerit; ei credi postea, etiam si per plures Deos iuret. non oportet. Pro Rab. Posth. Com'una volta vno &c.

Vbi, cum Tum; Tum demum; Tum denique.

6 Interdum adsciscit Tum, Tum demum, Tum denique. Cic. Vbi dolorem ex illius iniurij cognoui &c. tum eas hortatus sum, ut &c. 6. Ver. Quando io conobbi, all'hora. Plaut. Vbi expoliuere magis, hoc tum dices, nā etiam rude est. Panul. Cato. Vbi trima sunt; cū demū maturae sunt. cap. 45. Quando sono di tre anni; all'hora si, che son maturae. τότεδή.

Vbi, cum Statim, Continuo, Ibi.

7 Alia assumit Statim, Continuo, Ibi. Cic. Hac ubi filio nunciata sunt, statim exanimatus ad ades contendit. 3. Verr. Come venne questa nuona al figlio, incontinente. Teren: Vbi aperuit ostium; continuo hic se coniicit intro. Heau. Subito, che aperse l'uscio, &c. Id. Vbi te non inuenio; ibi ascendo in quendam excelsum locum. And.

Vbi, cum Quamprimam, Illico, Subito, Extemplo.

8 Nonnunquam iungitur cum [Quamprimum, Illico, Subito, Extemplo. Cat. Olea ubi matura erit; quamprimum cogi oportet. c. 64.

Plaut.

Plaut. *Hac ubi legati pertulere; castris illico* omne E  
*producit omnem exercitum. Amphit.* Subito tute ar  
*che i legati, &c. C&s. Vbi Cæsar is castra posita* cunqu  
*animaduertere; se se subito proripiunt. lib. I.* de Na  
*de bel. ciu. Plaut. Vbi erit otium; reuertere ad se quid*  
*me extemplo. Epid.* Come tu haurai tempo,  
*tornatene da me subito.*

Vbi primum, cum Tum, Illico.

9 *Vbi primum*] iungitur cum [Tum] aut [Illico. Cat. *Vbi primum incipiunt hiscere; tum legi oportet. cap. 17.* Subito, che cominciano ad aprirsi; all'hor si deon cogliere. Plaut. *Vbi primum est licitum; illico properari abire de foro.* Menech.

Vbinam. Vbinam gentium.

10 *Vbinam*] & [Vbinam gentium] vim habet augendi. Cic. In qua non video, ubini mens constans, & vita beata possit insistere. lib. I. de Nat. Deo. Doue mai. Id. O Dj immortales, vbinam gentium sumus! 1. Caiil. Vbi vis. Vbicunque. Vbicunque gentium.

Vbi vbi.

11 *Vbi vis, Vbicunque, Vbi vbi*] eandem pene uim habent. Cic. Nemo est, quin ubi vis, quam ibi, ubi est, esse malit. lib. 6. ep. 2. Id. Qui mihi uidentur, ubi uis tutius, quam in Senatu fore. Att. lib. 14. In qual si uoglia altro luogo. Id. Omnes ciues Romani, & qui adsunt, & qui ubicunque sunt, uestram seueritatem desiderant. 7. Ver. Douunque si trouano. Id. Qui ubicunque terrarum sunt; ibi est

omne

Uico omne Reip. præsidium. 2. Phil. Id. Nihil est vir  
